tronomio in titulo primo ꝑmi libri capitulo ꝑmo dicit hoc
eſſe ꝑmum fundamentũ omniũ fũdamentoꝝ moſaice legis
Et hoc eſt cõe apud tuos ubicũqȝ de hac materia loquuntur
.ſ. ꝙ deus ſolus celum creauit et terram et omnia que in eis
ſunt nullo exteriori adiutorio coopante .ſ. alicuiꝰ creature.
vnde et talmudica tui dicũt ꝙ deus non creauit angelos in
prima die. ne forte crederet̃ ꝙ angeli fuiſſent coopatores ſeu
coadiutores in creacõe mundi. ſȝ pſalmiſta in ꝑdicta aucto
ritate teſtat̃ quod verbo dei celi facti ſunt. vbi eni tranſlacõ
tua dicit firmati ſunt In hebraica litera dicitur facti ſunt.
Et ſic ſequitur ꝙ deus per verbũ ſuum celos fecit. Similit̃ et
teſtat̃ ꝙ deus per ſpiritũ oris ſui fecit ſeu creauit omnes vir
tutes ſeu exercitus celorũ. Ex quo ſequit̃ ꝙ deus per ſpiritũ
ſuũ hoc fecit. Cum auté de rõne verbi eſt ꝙ diſtinguat̃ a di-
cente ſeu proferente. Similiter ⁊ de rõne ſpiritus oris eiꝰ ut
diſtinguatur ab inſpirante. ſequitur ꝙ ſpũs per qué virtu-
tes celorũ facte fuerunt eſt deus alius ab inſpirãte. Et ſic in
hac auctoritate trinitas quam ꝑdicamus exprimit̃ que eſt
vnus deus creator mundi i q̃a quidé trinitate ſpiritus eſt
tercius in ordine trium perſonaꝝ. Et ſic habes ꝙ in aſſerendo
ſpm̃ ſanctum eſſe deum alium a patre et filio non fit aliqua
addicio que contrariet̃ ſeu contradicat eloquiis dĩnis ymo
eis manifeſte conformat̃. Saulus. Nimis ſtricte in
telligis hoc dictum verbo domini. Sil'r et ſpiritu oris eius.
Intelligis eni verbum ſil'iter ⁊ ſpiritum ut aliquid exiſtens
in deo et a deo realiter diſtinctũ. cum tamen non ſit neceſſa-
rium ſic iſta intelligere. per verbum enim dei et ſpiritũ eius

que in hoc loco continent̃ ſuffeciat intelligere mandatũ dei ſeu
eius preceptũ prout ipſemet pſalmiſta in hoc eodem pſalmo
declarat dicens in hac propria materia · ſ · creacõis mundi ·
Ipſe dixit et facta ſunt ipſe mandauit et creata ſunt · vnde
non aliud intelligendũ eſt de hoc quod diciẽ verbo dñi celi fir
mati ſũt niſi ꝙ creature fuerũt facte per mandatum dei uel
eius imperiũ ſeu voluntatẽ · Paul⁹ · Circa hoc quod
dicitur verbo domini quod ſm̃ veritatẽ ſignificat filium dei
non eſt ad preſens inſiſtendum quia iam de hoc ꝙ in diuinis
ſit filius ſupra eſt oſtenſũ · Sꝫ manifeſtũ eſt in hoc quod diciẽ
et ſpiritu oris eius intelligiẽ aliquid intrinſecum deo ⁊ ab eo
ꝓcedens quod non poteſt eſſe niſi de⁹ et a deo procedens · ſuffe-
ciſſet enim dicere · ⁊ ſpũ oris eius omnis exercitus eorum ad
denotandũ ꝙ de mandato dei facti fuerunt celi · et huiõi · Sed
apponendo ſpũ oris eius manifeſte oſtendiẽ ꝙ ſpũs de quo lo
quitur eſt intrinſecus deo et a deo inſpirante diſtinctus · Et
ſic intellexerũt Rabini tui iſtã auctem · Saul⁹ · Vbi
queſo inueniſti Rabinos noſtros ſic expoſuiſſe · Paul⁹ ·
Supra in capitulo · v · hui⁹ diſtinctõis allegaui tibi quan-
dam auctoritatẽ que in glo · magna ſuper geñ · que dicitur
bereſich Rabba capit̃lo · xlij · habẽ · Vbi ſic Rabi Symeõ
dicit · ſic inſpirauit ſeu ſufflauit deus ſpm̃ ſuum ⁊ creatus eſt
mundus ſicut in pſalmo dicitur · Spiritu oris eius omnis
v̄tus eorum hec in gloſa predicta · Ex quo patꝫ ꝙ hoc quod
dicitur · Spũ oris eius intelligendũ eſt per modum iſpiracio
nis ſeu ſufflacionis que in rebus creatis a quib⁹ cum loqui-
mur de diuinis neceſſe eſt accipe aliquam ſiľitudinẽ · nõ niſi
ab extrinſeco ꝓcedit et ſic oportet ꝙ illa res inſpirata ſit de⁹
cum nichil eſt in deo quin ſit deus · Similiter neceſſe eſt ꝙ ſit
alius ab inſpirante ex neceſſitate oppoſicõnis relatiue · et ſic
manifeſte conſonat expoſicioni mee · Saul⁹ · Licet
ille Rabi Symeon quẽ allegas fũit de magnis ⁊ antiquiſ
doctoribus noſtris · eſt tamen vnus ſingularis cui⁹ dictum
non ſufficit ad concludendũ in tanta materia · Et idõ ſi alias
auctoritates habes ad ꝓbandũ ꝙ ſpũs ſanct⁹ ſit de⁹ allega ·

¶ Capitulum · xiij · in quo oſtenditur ꝙ in diuinis eſt tercia
perſona ſcilicet ſpiritus ſanctus ex auctoritate yſaie · xl viij
vbi dicitur ⁊ nunc dñs miſit me et ſpiritus eius · quibuſdã

in hebreorum cauillacionibus non obſtantibus·

·Paulus·

Dicet verum eſt ꝙ Rabi Symeon ille quē tibi alle=
gaui eſt tantum vnus doctor tamē dicta ſua habent
auctēm a ceteris doctoribus tuis inquantū ſua expo
ſicio i hoc loco non fuit reprobata ſeu cōdempnata · nec etiā
legitur contradictā eſſe ab alijs ſꝫ collocata fuit in illo libro
antiquo ſupra allegato tanq̄ꝫ vera · et non repugnans fidei
et veritati · nichilominꝰ tamen ex quo aliam vis auctorita=
tem · allegabo tibi vnam que tibi debet ſufficere quequidē au
ctoritas eſt illiꝰ ꝓphete euangelici yſaie qui de miſterijs fidei
noſtre q̄ꝫplurima et magna ꝓphetauit · dicit enī in capitulo
xlviij · ſic attendite ad me audite hec · non a p̄ncipio in ab=
ſcondito locutus ſum ex tempore quo facta fuit ibi eram et
nunc dominꝰ deus miſit me et ſpūs eius · hec ille · Ex qua
auctoritate habes ꝙ ille qui a p̄ncipio non in abſtondito lo
cutus fuit · ſ · ipſe deus qui a principio cum populū iſrahelē
ad ſe applicaſſet eis dando legem in monte ſynay non in ab
ſcondito locutus eſt ſed palam et publice cunctis audienti=
bꝫ legem dedit ut habetur exo · xx · qui quidē deus in eodē tp̄e
· ſ · dacionis legis ibi erat · Et quia ipſe deus qui locutus eſt
palam in dacōe legis poſtea fuit miſſus ī mundū ꝑ aſſump=
cionē carnis ad redimendū genus humanū de qua aſſump=
cione in diſtinctōne ſequenti deo duce eſt agendū Ideo dicit ·
Et nūc deus miſit me et ſpūs eius · In qua auctoritate ma
nifeſte exprimunē tres perſone diuine · de quaꝝ qualibet ne=
ceſſe eſt dicere ꝙ eſt deus qui locutus eſt palam · Exprimitur
enim ibi deus miſſus qui ſtatim de ſe ante predixerat · non
a p̄ncipio in abſcondito locutus ſum rc̄ · Similiē exprimiē
ibi deus mittens cum dicit dominꝰ miſit me · Similiē expri
mitur ibi ſpūs dei mittēs cum dicit · Et ſpūs eius · ſ · miſit
me · Deus enim nullo modo intelligi debet miſſus niſi a deo
Et ſic ex iſta auctē plane et ſane intellecta habeē diſtinctio
trium ꝑſonaꝝ in diuinis · quaꝝ tcia perſona eſt ſpūs ſanctꝰ
qui eſt verus deꝰ inquantū dicitur ꝙ ſpūs dei deum mittit · eſt
tamē diſtinctus a deo miſſo de quo dicitur · dn̄s miſit me q̇a
intermittentē et miſſum neceſſaria eſt diſtinctio perſonalis

Saulꝰ ·

Duo p̄ſuppońis in expoſicione huiꝰ auctori=
tatis yſaie que non probas nec etiam ſunt conſona litere=

Et ideo ex illa auc̃te non habes intentũ· p̉mo enim p̃ſuppo⸗
nis ꝙ ille de quo dicitur ꝙ fuit miſſus a deo· eſt verus deus
qui dedit legem genti noſtre iſrahelitice· quod non eſt verum
magiſtri enĩ noſtri cõiter exponunt illud quod hic dicit̃· Et
nũc dñs miſit me de yſaia qui fuit a deo miſſus ut habetur
yſaie· vj· Vbi cum dicatur a deo quẽ mittam aut quis ibit
ꝓnobis Rñdit yſaias· Ecce ego mitte me· Cui deus dixͭ
vade et dic populo huic ⁊c̃· vnde de iſta miſſione in hoc loco
loquitur ꝓpheta· nec valet contra hoc dicere· ꝙ iſte miſſus a
deo dicit de ſe ſtatim ſupra a tempore quo fuerãt ibi eram qḋ
intelligitur a tempore dacionis legis in quo tempore yſaias
nondũ erat natus ut eſt manifeſtũ· hoc enim non obſtat p̃
dicte expoſicõi quia ut mg̃ri noſtri dicũt ſic̃ in mõte ſynay
moyſes ṙcepit legẽ a deo· ſic eodẽ tp̱e ⁊ loco om̃s ꝓphete fue⸗
rũt ibi q̃ntũ ad aĩas ⁊ ibi vnuſquiſq; recepit ꝓpheciã ſuã·
quam poſtea quilibet eoꝝ tempore ſuo prophetauit· Et hanc
ſentenciam tenent om̃s magiſtri noſtri antiqui· fere qui hũc
paſſum expoſuerunt· vñ ex hac auctoritate ſ̃m hanc veram
ſuam expoſicionẽ non ↄcludit̃ niſi eſſe vnus deus qui yſaiã
miſit· Spũs enim dei· de quo hic dicit̃ ꝙ miſit yſaiam non
eſt verus deus· ſed eſt ſpiritus ꝓpheticus creatus quẽ habuit
yſaias a deo ⁊ per quẽ yſaias prophetauit· vnde ſi recte hãc
auctoritatẽ intelligis nichil facit pro te rõe predicta· Scḋo
p̃ſupponis in tua expoſicione ꝙ verus deus fuit miſſus a deo
per aſſumpcõez carnis quod non ꝓbas nec probare valebis
Item ſunt quedam in litera precedencia et ſequencia hãc au⸗
ctoritatẽ que nullo modo ↄſonant tue expoſicioni· Sed quia
dicta ſufficiunt pronũc ad tuam expoſicõez euacuandã Ideo
illa ad p̃ſens omitto· Paulꝰ· Expoſicio magiſtroꝝ
tuorum· in qua dicunt ꝙ yſaias eſt ille de quo hic dicitur·
Nunc dñs miſit me ⁊c̃· eſt manifeſte falſa tanq̃; fundata ĩ
fundamẽto falſo et erroneo· fundatur enim in hoc ꝙ anima
yſaie et anime aliorũ prophetarũ fuerunt in monte ſynay
tempoore dacionis legis anteq̃; ipſi naſcerent̃ ⁊ ibidẽ recepe
runt prophecias ſuas prout tu noĩe eorum recitas· Et veꝝ
eſt ꝙ magiſtri tui hoc aſſerũt in predicta expoſicione· ſed hoc
eſt manifeſte falſum· nam ſ̃m naturalis rõis dictamen aĩa
racionalis tunc ĩcipit eſſe cum in corpore humano ſibi coap⸗
tato ĩfunditur· anima enim ſ̃m verã ſui diffinicõez a phĩs

traditam eſt perfectio corpis phiſici organici ut habetur ſcdo de anima. Conſtat autem ꝙ illud quod eſt perfectio alicuius corporis non habet eſſe ante formacōz illius. Et ſic patet ꝙ predictum fundamentū eſt falſum. Q autē ſit erroneū patz Nam hoc eſt contra ſacre ſcripture teſtimoniū. legitur enim zacharie. xij. Ego domin⁹ formans ſpiritum hoīs in medio eius quod verbum exponit̄ a Rabbi cahadia et a Rabbi quimhi conformiter ad predictā diffinicionē anime. dicunt enī ꝙ per hoc quod dicit̄ formans ſpiritū hoīs in medio eius Intelligit̄ ꝙ creator creat aīam cum perfectione figure corporis humani. Et eſt cōis expoſicio predicti verbi. hoc etiam ꝯſonat huic quod dicitur geñ. ij. formauit igit̄ deus hoīem de limo terre ⁊ inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vite ⁊ fact⁹ eſt homo in aīam viuentem. Ex quo patet ꝙ aīa creatur et infunditur incorpore humano formato. Et ſic patz ꝙ nullo modo de yſaia poteſt intelligi illud quod dicitur a tempe quo fuerant ibi eram. quod intelligitur a tempore dacionis legis ſm omnes. nec etiam quod ibi legitur immediate ante. ſ. non a principio in abſcondito locutus ſum. poteſt de yſaia intelligi. nec de aliquo hoīe puro niſi ſolum de deo legis datore. Doctores enim tui in libro qui dicitur mequilea. exo. xix venerunt in deſertum ſynay ⁊ caſtrametati ſūt in deſerto expreſſe dicunt ꝙ hoc quod dicitur per yſaiam non a pn̄cipio in abſcondito locutus ſum. Intelligit̄ de dacione legis que publice fuit data. et eſt ſentēcia cōis omniū expoſitorꝝ tuorꝝ Ex quo ſequitur manifeſte ꝙ illud quod immediate in eodē textu dicitur. ſ. nunc deus miſit me ⁊ ſpūs eius. Intelligat̄ de illo qui non a principio ī abſcondito locutus eſt ⁊c̄. quod non niſi de deo vero itelligi poteſt. Ad hoc autem quod dicis me preſupponere quod non probo. ſ. ꝙ verus deus miſſus eſt per aſſumpcionē carnis ⁊c̄. Verum dicis ꝙ hoc tibi non probaui uſqz nūc. ſꝫ hoc per dei graciam ꝓbaturus ſum in ſeq̄nti diſtinctione. vbi de diuinitate xp̄i eſt agendum. Ad teraū quod dicis ꝙ ſunt quedā in predicta auc̄te precedencia et ſequencia que nullo modo conſonant mee expoſicioni exp̄me illa. et deo duce ſufficienter reſpondebo tibi. Saulus.

¶ Anteq̄z de alijs precedentibus ⁊ ſequentib⁹ contra te obiciā volo tibi oſtendē ꝙ hec verba que allegas ſm te expoſita faciunt manifeſte contra te. vis enim ex iſtis verbis. ſ. nūc

dominꝰ deus miſit me· et ſpiritus eius inferre ꝙ in diuinis
ſunt tres perſone diſtincte· ſ· deus mittens ⁊ ſpiritꝰ ſanctus
mitens et filius dei miſſus· Si bene attendis ex hijs verbis
ſequeretur ꝙ ſunt quatuoꝛ perſone in diuinis quod ut credo
tu etiam non admitteres· primū aſſumptū patet· Nam in
predictis verbis· ṗmo nominatur deus· Non enim dicit· et
nūc deus miſit· ſꝫ et nunc deus miſit me· ecce duo· dicis etiā
ꝙ ille miſſus eſt deus· et ſic ſunt tres perſone· dicis etiam ꝙ
in hoc quod ſequit̄· Et ſpiritus eius exṗmitur alia perſona
diuina mittens quam etiam aſſeris deum mittentē· ⁊ ſic ſꝫm
te ſunt quatuoꝛ perſone diuine quod tu ut credo nullo modo
admitteres· Paulus· Dixi tibi ꝙ cum de hoc miſte-
rio ſcte trinitatis ageretur opoꝛteret diligent̄ ſcrutari ſacra
eloquia non autem ſuperficietenꝰ· vnde in propoſito debes at
tendē formam in qua illa duo nomina ponunt̄· ſ· illa pro
quibus in trāſlatione noſtra habetur dn̄s deus· primū enim
nomen quod ponitur ibi eſt adonay ſcriptū cum hijs literis
a· d· n· y· Cuiꝰ quidem nominis propria ſignificatio eſt dn̄s
deus· Scd̄m nomen quod ibi ponitur eſt nomen dn̄i thetra
gramaton quod eſt nomen dei propriū et incōicabile crea-
turis quod quidē nomen ſcribitur cum alijs literis a predi-
ctis· ſ· y· h· n· h· vnde ſi ꝓprie transferantur hec nomina ſꝫm
veritatē hebraice lingue diceret̄ ſic· Et nunc dominus meus
· y· h· n· h· y· h· miſit me· et illa duo nomīa quoꝝ vnum eſt
propriū diuinum· et aliud eſt nomen adiectiuū nullo modo
ſignt duo ſuppoſita ſed tantū vnū ſicut cum dicitur dominꝰ
meus rex et huiōi non ſignt duo ſuppoſita ſed vnum tantū
Et ideo racio tua non facit contra me· Ex illis enim duo-
bus noībus ṗmis habemus vnū ſuppoſitum· ſ· perſonā pa-
tris· In hoc quod dicitur dn̄s deus In hoc quod dicit̄ miſit
me habemus ſcd̄m ſuppoſitum· ſ· perſonā filij miſſi· In hoc
quod dicitur· Et ſpiritu oris eius habemus· Terciū ſuppoſi-
tum· ſ· perſonā ſpiritus ſancti· vnde in hac auctoritate nō
ſolum tres perſone diuine exprimunt̄ diſtincte· ſed etiā ordo
earum oſtenditur· Et ideo ſi habes alias obiectiones lr̄ales
contra meam expoſitionē propone eas ut videamus cuius
valoris ſint:

¶ Capitulum· xiiij· In quo exponit̄ auctoritas yſaie ſup̄
dicta extenſe ut ex illa ſane intellecta probetur intentum

ſupradictum. Saulus.

S I bene ſcrutentur precedencia ⁊ ſequencia hanc aucto
ritatem quam allegas manifeſte patet ꝙ propheta
non loquit̄ hic de meſſia ſeu xp̄o venturo. ſ; de Cyro
qui populū iſrahel redemit de babilonica captiuitate. legit̄
enim ſtatim ante predicta verba que allegas. dominꝰ dilex-
it eum ⁊ faciet voluntatem ſuā in babilonē et brachium ſu-
um ī Caldeis. Ego locutus ſum. ⁊ vocaui eum adduxi eum
et directa eſt via eius. Que quidem verba ſm omnes expo-
ſitores tam catholicos q̄3 hebreos exponitur de Cyro quē deꝰ
direxit ad faciendum voluntatem ſuam in babilonem edu-
cēdo populum ſuū de illa captiuitate ad quod vocatus fuit
a deo ut habetur yſa. xlv. capitulo ⁊ proſperatus eſt in via
ſua ut habetur Eſdre primo. Et ſequit̄ ſtatim. Accedite ad
me ⁊c̄. que eſt auctoritas per te allegata. poſt autem dictam
auctoritatem cum quibuſdam que ſequuntur ad illam ꝑti-
nentibus ſequitur in litera Egredimini de babilone. fugite
a caldeis in voce exultacōis annūciate. auditum facite hec.
offerte illud uſq3 ad extremū terre et dicite redemit dominꝰ
populū ſuum Jacob. quequidem verba ab omnibus expri-
munt̄ ad lr̄am de redempcīōe a babilonica captiuitate. non
autem de redempcione per meſſiam expectata. vnde in con-
ſonū eſt veritati lr̄e ꝙ auctoritas tua que inter precedencia
⁊ ſequencia ponitur exponatur de meſſia ⁊ redempcione ſua
prout tu intendis ſed magis conuenienter exponenda eſt de
eadē redempcione babilonica ad quam annunciandā yſaias
ibidem dicitur miſſus a deo cum dicitur dominus miſit me
Quequidem annunciacio fiebat a propheta per ſpiritum pro
pheticum dei. ex quo dicit. et ſpiritus eius. Et ſic pat3 ꝙ hec
expoſicio eſt magis conſona litere. cum conueniencius con-
tinuatur cum precedentibus et ſequentibus modo predicto
q̄3 expoſicio tua. Paulus. Vt veritas expoſicōis
mee magis eluceſcat. volo tibi exponere predictam aucto-
ritatem per me allegatam cum precedentibus et ſequentibꝫ
ſerioſe ad literam. Ad cuius declaracionem premittendū eſt
ꝙ in ſacris eloquijs preſertim ꝓpheticis ſepe fit tranſitus ſeu
tranſlacio de vna materia ad aliam ſibi ſimilem et ſpecialit̄
cum vna ſit figura alterius uel habeat cum ea aliquam cor
reſpondenciam ſicut membra ad caput et econtra. vn̄ yſaie

xiiij · cum propheta loqueretur de principe babilonis qui in
tyrannica et ſuperba poteſtate ⁊ caſu horribili quodam mo=
do aſſimilatur lucifero primo angelo de celo cadenti intantū
ꝙ cenſendus erat membrum eius et ipſius figura · Idarco
in eodem contextu propheta de vno trāſit ad alium ut patz
in capitulo ſupradicto · vnde in propoſito yſaias prophetan
do de redempcione populi iſrabelitici a captiuitate babiloni=
ca per Cyrum ab ipō deo ad hoc vocatum tranſit ad prophe=
tandum de alia redempcione longe digniori et remociori in
tempore que tūc fienda erat per meſſiam ſeu xp̄m · quequidez
due redempciones · licz in hoc conueniebant ꝙ vtraqz fienda
erat per dei potenciam que hoſtes populi ſui opprimebat · Silr
per dei miſericordiam qua populo ſuo miſerabatur propter
que trāſit propheta de vna ad aliam · In multis tamen hee
redempciones inter ſe differebant et ſpecialiter in hoc ſcilicet
ꝙ redempcio babilonica facta fuit virtute diuina ꝑ Cyrum
ſuum miniſtrum abſqz miraculorum operacione · ſz mundo
ſuo curſu naturali incedente · Redempcio vero ſecunda que ꝑ
xp̄m erat fienda cum miraculis a deo ſuper naturalit̄ factis
implenda erat per totum · Quibus premiſſis litera ſic videt̄
exponenda ab illo loco in quo dicit̄ · audi me Jacob ⁊c̄ · Ibi
enim eſt quedam diſtinctio capitularis in hebreo ubi ꝓphe=
ta locuturus de predictis duabus redempcionibus que in a=
liquo conuenerunt et tamen in multo magis differunt pre
mittit · audi me Jacob ⁊c̄ · ut ad attencōẑ excitet audiētes
Et ſequit̄ Ego ipſe · vbi in hebreo legitur ego ſum · ad deno=
tandum ꝙ ipſius dei eſſe ſeu eſſencia per ſe conſiſtit et nullo
modo ab alio dependet · Et ſequitur · Ego primus et ego no=
uiſſimus · ad denotandum ipſius eternitatē que omnē dura
cionem temporis excedit · Et ſequit̄ · manus quoqz mea fun=
dauit terram · et dextera mea menſa eſt celos · ad oſtendendū
ꝙ mundus eſt creatus ab ipſo deo et a nullo alio · et mundi
partes adinuicem ab ipſo deo ſunt proporcionate · Et ſequit̄ ·
Ego vocabo eos · In hebreo habetur ego voco eos et ſtabunt
ſimul ad denotandum ꝙ gubernacio mundi creati per ipſum
deum eſt ab ipſo deo creatore ſuo · Que quidem omnia ſupra
dicta propheta p̄mittit ad hoc ut oſtendat ꝙ liberacio populi
dei a babilonica captiuitate de qua ſtatim erat locutur⁹ fu=
tura erat ſc̄m diuinam ordinacionem qua ipſe deus creauit

mundum et eum gubernat nullo interueniente miraculo ſupͤ
naturaliter facto· Qꝫ autem iſta liberacio ſit a deo preordina=
ta probat ſeu perſuadet per hoc ꝙ deus liberacionē ꝑ Cyrum
futuram· ante per prophetam predixit· ⁊ nullus alius· Ex
quo patꝫ ꝙ ſicͭ illa liberacio in ſola dei preſciencia exiſtebat·
ſic in ſola eius potencia· vnde ſubdit· Congregamini omēs
vos· i· gentes omnes que diuerſis ydolorum cultibus ſubia
cebant· Et ſequitur· audite quis de eis ānunciauit hec quaſi
diceret hoc nullus annunciauit anteꝗ̄ꝫ fieret niſi ſolus deus
a cuius potencia ⁊ ordinacione factum fuit· Et ſequitur· do=
minus enim dilexit eum· ſ· Cyrum quē ad dignitatem mo
narchicam ꝓmouit ut populū ſuum liberaret a captiuitate
caldaica· vnde ſequitur faciet voluntatem ſuam ſcilicet dei
in babilonia puniendo caldeos et iudeos inde liberando· Et
ſequitur· Ego locutus ſum et vocaui eum et adduxi eum ⁊
directa eſt via eius· Ad oſtendendum ꝙ tota ꝓſperitas Cyri
fuit a deo preuiſa et intenta ut liberacionem populi per ipſū
iuxta diuinam ordinacionem impleret· et hoc contra ydola
tras qui huiōi proſperitatem attribuebant ydolis ſuis· vñ
dicitur ſupra eodem capitl'o anteꝗ̄ꝫ venirent indicaui tibi ne
forte dicēs ydola mea fecerunt hec et ſculptilia mea et con=
flatilia mandauerunt iſta que audiſti Et ſequitur· accedite
ad me ⁊cͭ· Circa quod attendendum eſt ꝙ poſtꝗ̄ꝫ propheta an=
nunciauit liberacionem populi a Caldeis per Cyrum diuina
virtute fiendam ſine miraculorum operacione· nunc ab ea
trāſit ad liberacionem que tunc futura erat per xp̄m verum
deum et hominem· que quidem liberacio· ſ· ſcd̄a facta fuit per
ipſum deum redemptorem per maxima miracula a deo fcͭa
ſupnatͭalitͤ· Et ideo ſicͭ yſaias locuturus de p̄ma redempcōe
que non ſupra curſum naturalē facta eſt· premiſit magna=
lia que deus fecit in mundi creacione et gubernacōe que non
ſupernaturaliter ſed curſu naturali per potenciam dei infini=
tam facta fuerunt· Sic propheta locuturus de ſcd̄a redemp=
cione que per miracula ſupernaturaliter effecta eſt premiſit
de illis que a deo ſupernaturaliter facta fuerūt· et ſpecialiter
circa gubernacionem populi quorum miraculorum numero
fuit dacio legis in ſynay in qua deus eſt locutus tante mul=
titudini publice et palam ꝙ in maximum reputatur mi=
raculū· vnde deutro· iiij· de hac materia ſic legitͤ· Interoga

de diebus antiquis qui fuerunt ante te ex die quo creauit de=
us hominem ſuper terrã a ſummo celi uſq3 ad ſummũ eius·
ſi fcta eſt aliquando huiuſmodi res·aut vnq̃3 cognitum eſt
ut audiret populus vocem dei loquentis de medio ignis ſic
tu audiſti· Et de hoc dicit ꝓpheta·accedite ad me et audite
hec quaſi dicẽt ea que locuturus ſum·maxima et a deo ſup=
naturaliter facta ſunt·vnde requirunt maiorez attencionẽ
ſicut illa que homo audit a propinquo attencius intelligit
Non a pricipio in abſcondito locutus ſum·quod cõiter ex
ponitur tam a doctoribus noſtris q̃3 tuis de dacione legis in
monte ſynay· In qua totus populus audiebat vocem dñi
loquentis ut habetur exodi·xx· Et dicit hec dacio legis fieri
a principio quia i illa incepit populꝰ iſrabeliticus deo appli=
cari in peculiarem populum·recipiendo obedienter manda=
ta ſua ut habet exodi·xix·Que quidem verba non poſſunt
verificari de yſaia·nec de aliquo puro homine ſed de ipſo deo
qui legẽ dedit·et ſic intelligunt etiam doctores tui·Et ſequit
ex tempe anteq̃3 fierent ibi eram·vbi in hebreo habetur a tpe
quo fiebit·ergo ibi quod intelligitur de ipõ deo qui loquendo
ꝑplo modo ꝑdicto ibi erat quod non poteſt intelligi de yſaia
qui non dũ erat natus nec anima eius creata ut iam oſten
ſum eſt·Et ſequitur in eodem contextu et verſu nulla diffe=
rencia interpoſita· Et nunc miſit me dominus et ſpiritus
eius·quod non poteſt intelligi plane·niſi de quo continue et
immediate propheta loquitur ſcilicz de deo· Et ſic habeturꝰ ꝙ
deus qui legem dedit in ſynay loquendo populo non in ab=
ſcondito poſtea miſſus eſt a deo et ſpiritu eius quod erat in=
tentum· Et ut magis oſtendat propheta ꝙ verba predicta
ſunt verba dei a deo miſſi·immediate ſubdit·hec dicit domi
nus redemptor tuus ſcilicet deus ille qui miſſus eſt a deo et
ſpiritu eius ad tuam redempcionem et ſanctificacionẽ· De
quo dicit ſanctus iſrahel ego dominus deus tuus docens te
utilia·quod intelligit ſic· Nam redemptor non ſolum dedit
precepta que ſunt neceſſaria ad conſequendam beatitudinez
ſed etiam conſilia que ad hoc non ſunt neceſſaria·ſed tamen
utilia inquantum per ea melius ⁊ expediencius homo poſſit cõ
ſequi predictam beatitudinem·gubernans te· In hebreo habe
tur ducens te in via qua ambules·quia geſta ipſiꝰ redemp=
toris ducatum preſtant homi ad hoc ut in hac vita que via

eſt dirigatur ad terminũ beatitudinis· Et ſequitur vtinam
attendiſſes mandata mea· ꝛ facta fuiſſet ſicut flumen pax
tua· quod poteſt intelligi dupliciter· vno modo ꝛ̃ferendo hec
verba ad hoc quod dixerat ſtatim ante docens te vtilia quaſi
diceret· Et ſi docui te utilia ſcilicet ꝯſilia que non important
neceſſitatem ſed utilitatem in conſequendo expediciꝰ beati
tudinem· Vtinam tamẽ attendiſſes mandata mea ſcilicet
precepta que neceſſitatẽ importãt quia hoc ſuffeciſſet tibi ad
ſalutem per quam pax perhennis habetur atqꝫ perpetua de
qua dicit facta fuiſſet ſicͣ flumen pax tua· Alio modo poſſũt
exponi predicta verba ſcilicet vtinam attendiſſes mandata
mea referendo ea ſpecialius ad phariſeos quibus xp̄us dedit
duo mandata que ſi ſeruaſſent habuiſſent pacem temporalẽ
et etiam ſpiritualem· Xp̄us enim interrogatus a phariſeis
ſeu herodianis ſi licẽt tributum dare ceſari· Reſpondit nõ
conſulendo ſed pocius precipiendo que ſũt ceſaris date ceſari
que ſunt dei· date deo· Que quidem mandata non ſeruaue=
runt ſed vtrũqꝫ tranſgreſſi ſunt· Rebellarunt enim Rõno
imperio· et ſic non dederunt que erant Ceſaris Ceſari per qͦ
amiſerunt pacem tp̄alẽ quia venerunt Rõni et deſtruxerũt
locum et gentem ut patet in hiſtorijs Joſephi de deſtructõe
iheruſalẽ et populi Judaici per Titum et veſpaſionũ· Fue=
runt etiam tranſgreſſi· Scdͫm mandatum ſcilicet que ſũt dei
date deo recedendo a xp̄o tam in credendis q̃ꝫ in agendis· et
ſic amiſerunt pacem internam· et etiam ſupernam· vnde de
prima pace ſubdit facta fuiſſet ſicut flumen pax tua· quia
pax temporalis eſt tranſitoria ſicut flumen· De ſcdͣa autem
dicit· Et iuſticia tua ſicut gurgites maris· Juſticia enĩ que
eſt per fidem xp̄i· eſt iuſticia ſuperhabundans ſicut gurgites
maris· et etiam perpetua ſicut gurgites maris non deficiũt
Habes igitur ex predictis expoſicionem literalem p̄dicte au=
toritatis quam tibi allegaui ſcilicet dominus miſit me ꝛc̃·
In qua trinitas in diuinis exprimitur cum expreſſiõe ter=
cie perſone ſcilicet ſpiritus ſancti· que quidem expoſicio con=
ſona eſt precedentibꝰ et ſequentibus ut dictũ eſt· Saulꝰ·
Audio expoſicionem tuam circa predictam autoritatẽ
yſaie· Sed video ꝙ expoſicio facit contra te· dicis enim ꝙ lex
nr̃a que data fuit ĩ ſynay fuit data a filio dei quem tu deũ
vocas· vnde dicis ꝙ de illo ſolo verificatur· non a principio

in abſcondito locutus ſum · Ex quo ſequitur ꝙ nõ fuit illa
lex data a tota trinitate quam tu aſſeris in diuinis eſſe · et
per conſequens non fuit data a deo qui creauit celum et ter:
ram et qui eduxit iſrahelem de egipto · Non enim dubito
te concedere ꝙ tota trinitas creauit mundum ⁊ eduxit iſra
hel de egipto · Et ſic ſi bene conſideras tua expoſicio tibi ipſi
cõtradicit · Paulus · Indubie concedo tibi ꝙ ſan:
cta trinitas que eſt vnus deus creauit mundum · Similiter
⁊ eduxit iſrahel de egipto · et etiam legem dedit moyſi · Nã
ſm veram fidem catholicam opera ſancte trinitatis indiui:
ſa ſunt ab extra · diſtinctio enim perſonarum ĩ diuinis ſolũ
eſt ſm relaciones originis que ab intra tantummodo ſũt cum
hoc tamen ſtat ꝙ in ſacra ſcriptura aliqua opa diuina apro:
priantur certis perſonis ſicut illa que pertinent ad potenciã
apropriant̃ patri · et illa que ad ſapiẽciam apropriant̃ filio
Similiter que ad bonitatem apropriant̃ ſpiritui ſancto · Et
quia dacio legis pertinet ad ſapienciam ideo apropriat̃ filio ·
Non intelligendo ꝙ ſit propriũ filij ſic ꝙ non ſit commune
toti trinitati · differencia enim eſt in hac materia inter apro:
priacionẽ et proprium ſed de iſtis ad preſens non eſt curan
dum circa te · donec aliqualiter ſis illuminatus in fide ·

Capitulum · xv · In quo oſtenditur per aliquas autorita
tes ꝙ ſpiritus ſanctus eſt deus contra hebreos qui ſpiritum
ſanctum in ſcripturis contentum dicũt eſſe creaturam · Et
ſpecialiter exponitur ibi illud verbum geñ · primo · Spirit⁹
domini ferebatur ſuper aquas · Saul⁹ ·

Adhuc non plene probas michi ꝙ ſpiritus ſanctus
ſit de⁹ · Nos enim bene credimus ſpiritum ſanctum
eſſe aliquid a deo creatum quod eſt quid ſanctiſſimum
de quo pſalmiſta ſpiritum ſanctũ tuum nec auferas a me ·
qui quidem ſpiritus ſanctus loquit̃ in ꝓphetis · Iuxta illud
ij · Re · iiij · capit'o · Spũs dñi locutus eſt in me ſ; ꝙ iſte ſpũs
ſanctus ſit verus deus minime credimus · nec autoritates per
te allegate hoc plene oſtendunt · Paulus · Ex quo
ſpiritum ſanctũ credis eſſe quem etiam credis fuiſſe locutũ
in prophetis ꝑut autoritates ꝑ te allegate hoc plene teſtan:
tur · ex conſequenti debuiſſes ipſum credere deum verum eſſe ·
uel aliquam ſubſtanciam intellectualem ſeperatam a corpe

Sed non eſt dicendum ꝙ ſit aliqua ſubſtancia intellectualis
creata ſeꝑata a corpore quia ſic eſſet aliquis angelus · uel aīa
alicuiꝰ beati ſed ſeperata · Sed non primū quia nec ſm phoꝝ
inquiſicionem nec etiam ſm teſtimonia ſacrarum ſcriptura
rum habetur ꝙ ſit aliqua ſubſtancia intellectualis creata ſe:
perata a acorpore niſi ſolum angeli · Nec ſcōm etiam tu con
cederes · Et ſic remanet ꝙ ſpiritus ſanctus de quo ſcriptura
loquitur ſit deus prout autoritates p̄dicte per me allegate
ſatis oſtendunt · Sed ad maiorem habundanciā adhuc oſten:
dam tibi autoritates ī quibus concedere cogeris ꝙ ſpiritus
ſanctus eſt deus per quas autoritates plene ad literam ſpiri
tui ſancto attribuitur illud quod ſolius dei eſt · manifeſtum
eſt enim apud doctores noſtros et etiam tuos ꝙ ſolius dei eſt
eſſe vbiqꝫ per eſſenciam preſenciam et potenciam · Nam hoc
pertinet ad infinitatem eſſencie et potencie diuine que nulli
creature competit cum quelibet creatura ſit finita pſalmiſta
enim eſſe vbiqꝫ attribuit ſpiritui dei qui eſt ſpiritus ſanctuſ
Vnde in pſalmo qui incipit · domine probaſti me dicit̄ quo
ibo a ſpiritu tuo · et quo a facie tua fugiam · Si aſcendero in
celum tu illic es ⁊c̄ · Ex quo patet ꝙ ſpiritꝰ dei eſt ubiqꝫ tan
q̄ꝫ ipſe deus · Similiter Job · xxxiij · legit̄ · Spiritus dei fecit
me et ſpiraculū omnipotentis viuificauit me · Conſtat autē
ꝙ facere hoīem ⁊ viuificare eum ſolius dei eſt · doctores etiam
tui antiqui de ſpiritu ſancto qñqꝫ loquentes ei attribuūt ea
que ad ſolum deum pertinent · ¶ Saulꝰ · ¶ Allega illos
doctores noſtros hoc dicētes · ¶ Paulus · ¶ In illo libro
qui dicitur bereſich rabba que eſt glo · magna ſuper geñ · ſuꝑ
illud verbum ſpūs domini ferebatur ſuper aquas queritur
quid eſt ille ſpūs domini de quo dicitur · Et ſpūs dei ferebat̄
ſuper aquas · Et reſpondetur hic eſt ſpiritus meſſie de quo ī
yſaia legitur et requieſcet ſuper eum ſpūs domini · Spiritus
ſapiencie ⁊c̄ yſaie · xj · hec in glo · p̄dicta tā maiori q̄ꝫ minori
Item in predicta gloſa geñ · xlij · legitur Rabbi Symeon
dicit · Quid eſt illud quod legitur in pſalmo · Spū oris eius
omnis virtus eorum · Hoc eſt inſpirauit deus ſanctus ⁊ be:
nedictus ſpū oris ſui et creatus eſt mundus · Ex quibus et
multis ſimilibus patet propoſitum · ¶ Saulus · ¶ Illa
gloſa quam allegas ſuper illud verbum · ſpūs domini fere:
bat̄ ſuper aquas modicum facit pro te · poſſum eni reſpondē

ꝙ ſpūs meſſie eſt anima eius. Sepe enim ī ſcripturis anima
humana dicitur ſpiritus. vnde zacharie. xij. Ego dominus
formās ſpiritum hominis in medio eius quod intelligitur
de anima. Conſtat autem ꝙ etiam ſm te aīa xp̄i ſeu meſſie
non eſt deus. nec etiam illud quod dicitur ſpūs domini fere=
batur ſuper aquas intelligendum eſt de ip̄o deo. tum quia cū
deus ſit omnino immobilis non poteſt verificari de ipſo ꝙ fe
rebatur quia hoc importat motum. tum quia ſi per hoc quod
dicitur hic ſpiritus dei intelligatur ip̄e deus quem dicis eſſe
terciam perſonam in diuinis. inconueniens eſſꝫ ꝙ in creacōe
mundi fieret mencio de ſpiritu ſancto quem dicis eſſe terciā
perſonam. et non de filio dei quem dicis eſſe ſcđam. Ad au=
toritatē ſcđam quā allegas ipſius Rabbi Symeō nichil
aliud occurrit dicendum niſi illud quod ſupra contra eam
dixi ad quam per te fuit reſponſum. Paulus. Con
cedo tibi ꝙ anima xp̄i nō eſt deus ſꝫ eſt anima humana que
creata fuit in eodem inſtanti quo infuſa fuit incorpore criſti
humano. ſicut dictum eſt et oſtenſum ſupra de alijs aīabus
humanis. et non antea ⁊ iō de ipſa nō poteſt dici ꝙ ferebaꝛ̄
ſuꝑ aquas in exordio creacionis mūdi cum protunc nondū
fuiſſet in eſſe producta. Ad aliud vero quod obicis dicens ꝙ
hoc dictum ferebatur. non poteſt dici de deo ad quem nullo
modo pertinet moueri. poſſem tamen tibi rn̄dere. vno modo
ꝙ licꝫ verum eſt ꝙ deus ſit omnino immobilis tamen ſepe in
ſcripturis de deo dicuntur aliqua verba quorū propria ſig̃fi
cata non poſſunt eſſe ſine motu. ut cum dicit̄. deſcendit de⁹
ſuper montē ſynay Exodi. viiij. Et in pſalmo aſcendit de⁹
in iubilacione. et in multis alijs. Que quidem verba ſcilicet
aſcendere et deſcendere cum de deo dicuntur non proprie ſed
methaphorice dicta intelliguntur. vnde ⁊ in propoſito cum
dicitur. Spiritus dei ferebatur non debet intelligi ꝙ ferebaꝛ̄
ꝑ motū localē ſed methaphorice. ſ. ꝙ ſpūs dei. i. ſpūs ſanct⁹
cui bonitas et amor appropriat̄ afficiebatur ad perficiendam
perfectionem aquarum. i. omnium encium productorum.
aque enim iuxta ſeriem litere illius capituli. oīa encia cor
poralia in p̄mordio producta continebant. Et licet predicto
rum verborum ſentencia hoc modo poſſit haberi. tamen aliter
et magis proprie iuxta veritatem hebraicam exponi poſſūt
Circa qđ attendendum ꝙ vbi noſtra tranſlacio dicit. Spūs

domini ferebať· In hebreo habetur quedam dictio que ſonat
meraphephet quod in lingua noſtra idem ſignificat quod in
cubare in ſimilitudinem volucris oua ſuo calore animantis
Idem eñ verbũ poniť deutronomij penulť· vbi diciť· Sicut
aquila ꝓuocat ad volandũ pullos ſuos ⁊ ſup̱ eos volitans
Ibi in hebreo habeť ſup̱ eos iſrł· i· incubãs· vñ in ꝓpoſito q̇a
ſpũs ſanct⁹ viuificator oĩm a pñcipio diciť· de quo ĩ pſalmo
Emitte ſpm̃ tuũ et creabunť· Idarco in rez exordio ſiť deo
pr̃i attribuiť ꝓducĩo rez de nõ eſſe ad eſſe p̱ creacõz· ſic ſpũi
ſcc̃o attribuiť viuificacĩo rez· quequidẽ viuificacĩo pt̃ itelligi
ſm motũ p̱mi mobilis· Nã mot⁹ ſm phm̃· iij· phicoz eſt
vita rez naťaliũ· Mot⁹ aũt p̱mi mobilis eſt p̱m⁹ et p̄ncipu⁹
a quo om̃s mot⁹ regulanť et menſuranť tanq̃z a p̱ma oĩm
motuũ mẽſura quiquidẽ mot⁹ rez naťaliũ viuificatiu⁹ eſt a
deo tanq̃z a p̱mo mouẽte pñr creatus· vñ in p̱mordio crea:
cõis rez naťaliũ de hoc p̱mo motu tanq̃z de vita rez naťali
um fit mencĩo attribuendo ipm̃ motũ deo in p̱ſona ſpũs ſcc̃i
cui apropriatũ eſt viuificare ut dc̃m eſt· Et ex iſta expoſicõe
tolliť quedã admiracĩo que aĩm non modicũ pulſat q̃modo
·ſ· int̃ p̱mo creata fit mencĩo de tp̱e cũ diciť factũ eſt veſpere
⁊ mane dies vn⁹ et de motu nulla videť fieri mencĩo· Mot⁹
aũt eſt p̱or tp̱e naťaliť· Quequidẽ admiracĩo tolliť p̱ p̄dict.ã
expoſicõz· Nam ſm eam p̱us fit mẽcĩo de motu q̃z de tp̱e ut
dictũ eſt· Ad ſcd̃m ũo quod obicis contr̃ expoſicõz ſup̱ illud
v̇bũ· ſpũs dñi ferebať dicẽs ꝙ incõueniẽs eſſet dicẽ ꝙ ĩ crea:
cõe mũdi fieret mẽcĩo de ſpũ ſcc̃o qui eſt t̃cia p̱ſona ĩ d̈inis et
non de pr̃e qui eſt p̱ma p̱ſona nec de filio qui eſt ſcd̃a p̱ſona·
Ad hoc tibi rñdeo ꝙ vez dicis ĩ hoc· ſ· ꝙ incõueniẽs eſſz dicẽ
ꝙ in creacõe mũdi que eſt p̱m⁹ et pñcipalis effect⁹ d̈initatis
nõ fieret ſufficiẽs mẽcĩo tacita ul' exp̄ſſa de diſtinctõe d̈inaz
p̱ſonaz· Sz ſi rcc̃e ſcrutat⁹ fũis ſenſũ p̄dictoz v̇boz· ſ· i pñ:
cipio creauit de⁹ ⁊c̃ uſq̃z ibi ſpũs dñi ferebať ſup̱ aquas· inue:
nies ꝙ fit mẽcĩo ſufficiẽs de trib⁹ p̱ſonis d̈inis ip̄as inuendo·
ſaltẽ ſacras ſcripťas rcc̃e ⁊ diligenť ſcrutãti· ad cui⁹ declara
cõez p̄ſupponẽ debes ꝙ ſm v̇itatẽ fidei nõ ſolũ nr̃e ſz etiã tue
de⁹ eſt cã oĩm rez creataz p̱ ſuũ intellectũ et volũtatẽ ſic ar:
tifex eſt cã artificiatoz inuentoz p̱ ipm̃ diciť eñ ſcripťa· Oia
quecũq̃z voluit de⁹ fecit· velle aũt p̄ſupponit cognoſcẽ· Cõſtat
aũt ꝙ artifex p̱ artem quã habz in ſuo itellectu ꝯceptã· ⁊ per

amorē ſue volūtatis relatū ſeu applicatū ad ſuū op⁹ ꝓducen
dū opat̄. Ex quo vlti⁹ ꝯſiderandū eſt ꝙ de⁹ pr̄ opat⁹ eſt om̄ꝫ
creatām ꝑ ſuū verbū ſeu ſapiaꝫ ꝯceptā quod eſt fili⁹ et ꝑ ſuū
amorē quod eſt ſpūs ſc̄ts. Ita tū̄ ꝙ nō intelligat̄ ꝙ creare ſit
ꝓpͥm alicui⁹ ꝑſone dīne tm̄. oīa enī opa t̄nitatis ab extra ſūt
indiuiſa ut ſupdictū eſt. Sꝫ ſic ītelligendo ꝙ cauſalitas crea
cōis attribuit̄ ꝑſone pr̄is ꝑ modū efficiētis. et ꝑſone filij at-
tribuit̄ ꝑ modū cauſe exēplaris. Spūi ſc̄to uō huiōi cauſali
tas attribuit̄ ꝑ modū amoris. ſeu affect⁹ ad res c̄atas ꝓdu
cendas. Et iō ſacra ſc̄pt̄a rc̄te īnuit ꝑſonā pr̄is. cui cauſali
tas creacōis attribuit̄ ꝑ modū efficiētis. Cū dicit̄ creauit de⁹
celū et terrā. Innuit etiā ꝑſonā filij cui cālitas creacōis at-
tribuit̄ ꝑ modū exēplaris cū dicit̄ In pn̄apio qȯ idē eſt ac
ſi dicat in v̄bo ſeu ī ſapia ꝓut alibi in ſacra ſcript̄a īuenit̄
Et etiaꝫ quidā de magnis doctoribꝫ tuis hoc ſenaūt. Innuit
etiā ſacra ſc̄pt̄a ꝑſonā ſpūs ſc̄ti cui attribuit̄ cālitas creacio
nis ꝑ modū amoris ſeu volūtatis ꝑ hoc quod dicit̄ ſpūs dn̄i
ferebat̄ ſupͣ aquas ut ſup̄ expoſitū eſt. Ex q̇bꝫ recte ꝯſiderati⁹
reꝑies ꝙ ſup̄ ꝓceſſiōes ꝑſonaꝝ in dīnis rōes ꝓductōis rerū
creataꝝ aliq̄ꝫ addūt inquantū. ſ. iēludūt eſſēcialia attributa
dīna. ſ. potenciā que apꝓpriat̄ pr̄i. Sciēciā que apꝓpriat̄
filio. Et voluntatem que apꝓpriat̄ ſpūi ſc̄to ut per doctores
noſtros iſta plenius elucidant̄.

¶ Capitulum. xvj. in quo oſtendit̄ ꝙ per hoc quod dicit̄ In
pn̄apio creauit deus intelligendum eſt in ſapia a deo ꝯcepta
ꝑ quā mundū deus creauit. Saul⁹.

Oſtende m̄ vn̄ habes ex ſacra ſcript̄a ul' a doctoribus
nr̄is ꝙ in hoc qȯ dicit̄ In pn̄apio c̄auit de⁹. ītelligat̄
in filio ul' v̄bo ſeu ī ſapia a deo ꝯcepta. mirabile enī
eſt ī oculis meis ſi hoc poſſes reꝑire. Paul⁹. Hoc quod
queris habes exp̄ſſe in glo. Rabbi moyſi Gerundeñ qui int̄
cetos expoſitores tuos dicit̄ Int̄ nos maġ. eſſe erudit⁹ ī ſe-
cretis dīne legis. Quiquidē Rabi moy. ſupͣ illud v̄bū. In
pn̄apio creauit de⁹ celū. diſcipl'o ſeu auditori ſuo ſic loquit̄
Si vis intelligē ſecretū hui⁹ dictionis bereſich. ſ. in pn̄apio
cognoſces. ꝙ ſm̄ viā veritatis ſcript̄a loquēs de īferioribus
īnuit ī ſublimibus. dictio enī bereſich. i. In pn̄apio īnuit ī
ſapia q̄ eſt pn̄apiū pn̄apioꝝ. Et iō in trāſlacōe iheroſolimi
tana ī loco vbi dicit̄ bereſich ſeu in pn̄apio habet̄ ī ſapiēcia

hec ille· ex qua auc̃te habes itentũ meũ ſupͣdictũ· Saul⁹·
Adhuc ex illa glo. Rabi moy· nõ habet̃ ꝙ illa ſapia q̃
ſig̃ficat̃ cum dicat̃ bereſich ſeu In pͥncipio ſit a deo ↄcepta ſic
ut diſtinguat̃ realit̃ ab ipõ deo ↄcipiẽte· hoc enĩ requirit̃ ad
hoc ꝙ talis ſapia dicat̃ verbũ ↄceptũ ſeu fili⁹ genit⁹ ꝓut tu
oñdẽ p̃ſumis· Paul⁹· Ille ſapiẽtiſſim⁹ Salomon vo-
lens de ſapia a deo genita aliq̃d loqui ad excitandũ audiẽciũ
de tãta re attencõez in ꝑſona ipſi⁹ ſapie ſic p̃mittit in· viij·
ꝓu· Audite quia de reb⁹ magnis locutura ſũ· q· d· iſta que
dictura ſũ maxĩa ſũt et auditu digna· fides enĩ eſt ex audi-
tu· doctores enĩ tui cũ loquunt̃ de aliq̃ re que a deo fuit eis ul'
p̃rib⁹ reuelata ſẽꝑ ↄſueuerũt dicẽ hoc habet̃ ex auditu ſeu ex
ore audit⁹· vñ ⁊ ſapiẽs ꝓpͥe dicebat. Audite· q· d· ex auditu
iſta hñt̃· nõ ex inquiſicõe· Et ſequit̃ de reb⁹ magnis locut̃a
ſũ· Et ƀm aliã trãſlacõz dicit· audite quia pͥncipalia loquor·
pͥncipia enĩ cui⁹libet ſcie que ſũt pͥncipalia ĩ ipa p̃ſupponũt̃·
tanq̃z v̾a extradicõe ſeu auditu alcioris ſcie ut ph̃s in poſte-
riorib⁹ dicit· Et iõ pͥncipia ſeu pͥncipalia doctͥne diue oportz
ꝙ p̃ſu ponant̃ tanq̃z vera et ꝓbata ex auditu alcioris ſcie·
quequidẽ ſcia eſt ſcia diua· ꝑ cui⁹ reuelacõz talia pͥncipia ha-
bent̃· Cõſequent̃ infra eodẽ capit'lo· Sapia p̃dicta quibuſdam
interpoſitis q̃ ꝑtinẽt ad ↄmendacõz ipi⁹ docz que ⁊ q̃lia ſũt hec
pͥncipalia ſeu magne res de quib⁹ locut̃a erat ſic dicit· Deus
poſſedit me ĩ reſich· i· ĩ inicio viaꝝ ſuaꝝ anteq̃z quidq̃z facẽt
a pͥncipio ab et̃no ordĩata ſũ et ex antiq̃s anteq̃z terrã fieret
nondũ erãt abiſſi ⁊ ego iã ↄcepta erã nec dũ fontes aquaꝝ
eruperãt· nec dũ montes mole graui ↄſtiterãt añ colles ego
ꝑturiebar adhuc terrã non fecerat et flũia et cardines orbis
t̃re· qñ p̃parabat celos aderam qñ certa lege ⁊ giro vallabat
abiſſos ⁊c̃ uſq̃z ibi· Cũ illo erã cuncta ↄponens· Ex quib⁹
diligent̃ ↄſideratis habes maĩfeſte ꝙ aliq̃ ſapia erat cũ deo añ
mũdi ↄſtitucõz· quequidẽ ſapia erat ↄcepta a deo non creata
ſeu fc̃ta ⁊ erat cũ deo cũcta ↄponẽs· ſ· oĩa que ĩ p̃mordio reꝝ
fuerũt a deo creata que oĩa fere ĩ p̃dicta auc̃te tangũt̃· Que
quidẽ ſapia ante mũdi ↄſtitucõz erat ſemꝑ cũ deo ⁊ a deo con
cepta ꝑ quã de⁹ fuit cũcta ↄponẽs non pt̃ eſſe ñ de⁹· alioquin
ſẽ ꝙ nõ ſolus de⁹ eſſet creator mũdi ſʒ illa ſapia ꝑ quã mun
dũ creauit et ſic eſſẽt duo creatores mũdi qd̃ nephas ẽ apud
te ſic̃ et apud nos· Saul⁹· Anteq̃z aliq̃d dicã contra

hoc qđ aſſeris de ſapia a đo ɔcepta volo tibi oñdē ꝙ trāſlatoꝛ
tuꝰ non vere trāſtulit quādā dictōꝫ in ꝑdicta auc̃te ɔtentā
In qua quidē dictōe magna vis tue rōis ɔſiſtit· vbi enim
dicit trāſlatoꝛ tuꝰ· Cū illo erā cūcta ɔponēs In veritate he-
braica dr̄· Cū illo ſeu apᵈ illū erā amon· hec aūt dictio amō
licet habeat mlt̃as intꝑretacōes· in nll̃a tñ ſig̃t cuncta ɔpo-
nens· vñ ex v̇itate lr̃e nō habes ex ꝑdicta auc̃te ꝙ ſapiēcia
illa quā dicis a deo eſſe ɔceptā ſit cū deo ſeu apud deū cuncta
ɔponēs· Et ſic dicendū ꝙ illa ſapia de qua ſapiēs loquit̃ nō
eſt deꝰ· quod tñ tu ex hac auc̃te pn̄cipalit̃ ꝑſumebas ꝓbare·
Paulꝰ· Verū dicis ꝙ iſta dictio amon in hebraico mlt̃-
tas habet intꝑretacōes ſꝫ doctores tui in hoc loco iſtā dictionē
intꝑretati ſūt cōformit̃ ad trāſlacōeꝫ nr̄am· vñ in glo· ſuper
geñ que dicit̃ bereſich rabba ſuꝑ illᵈ v̇bū· In pn̄cipio creaᵗ
deꝰ· volentes exponē iſtā dictōeꝫ In pn̄cipio qđ in hebraico
dr̄ in reſich ɔcoꝛdant iſtā dictōꝫ r̄ſich cū illa alia dictōe dn̄o
ſili que ponit̃ cum ꝑdc̃a auc̃te ꝓū· ꝑ me allegata vbi dicit̃
dñs poſſedit me ī reſich· i· in pn̄cipio viaꝝ ſuaꝝ In eodem
loco allegāt verbū ſuꝑdictū· ſ· erā apud eū amon· Et ibidē
iſtā dictionē amon mlt̃i intꝑretātes finalit̃ ſic dicūt· amon
eſt artifex· lex enī dei dicebat· Ego fui inſtrumentū artis dei
ſc̃ti ⁊ bn̄dicti ī via ſecl̃i· Rex enī carnalis edificās palacia
nō edificat ea niſi habeat exemplaria ⁊ deſcripcōes ut ſciat
quō facturꝰ eſt cameras et cubicula ſeu cellaria· Sic etiam
deus ſc̃ẽs et benedictꝰ reſpiciēs in lege creauit ſecl̃m· vnde et
lex dicit bereſich· i· in pn̄cipio creauit deꝰ· non aūt eſt reſich
pn̄cipiū niſi lex ut dictū eſt ꝓū· viij· dñs poſſedit me reſich
· i· pn̄cipium vie ſue· hec in glo· Ex qua habes manifeſte ꝙ
amon ſig̃t artifex ſeu artificiū artis ul' artem et hoc maīfeſte
ɔcoꝛdat cū trāſlacōe nr̄a que dicit cū illo erā cuncta ɔponēs
ꝑ artē enī artifex cuncta ɔponit hoc etiā explicauerūt ꝑ exēp-
lum de rege edificante ut ī ſua expoſicōe ꝑdicta cōtinet̃· Et
ſic eſt maīfeſtū ꝙ ſ̄m doctores tuos ſapia ꝑdc̃a a deo ɔcepta
ante mūdi ɔſtitucōꝫ eſt illa ꝑ quā mundū deꝰ creauit ſic ar-
tifex ꝑ artē ſuū artificiatū ꝓdūcat· Saulus· Verū eſt ꝙ
ſic nr̄i doctores exponūt· ſꝫ hanc ſapiam dicūt eſſe legē dei qđ
debet ītelligi de lege moſaica non autē de ſapia quā tu dicis
eſſe deum· Paulꝰ· In diſputacōibꝫ dialeticis ſeu in
iudicijs cōtencioſis· alit̃ diſputanciū ſeu ɔtendenciū p̄t accipe

ex dictis ſui adūſarij illud quod ꝓ ſe facit relicto alio quod non facit ꝓ ſe · ꝑſertim cū illud relictū ſit māifeſte falſū · vñ in ꝓpoſito ex ꝑdicta auctē tibi oñdo ꝙ ſm doctores tuos veꝝ eſt ꝙ amon ī hoc loco ſigt artē ſeu artificiū qd facit ꝓ me ꝛ ꝓ trāſlacōe nr̄a · Sꝫ qd vlteri⁹ dicūt ꝙ illa ars ſeu artificiū eſt lex · ſ · moſaica ut tu aſſeris · hoc eſt nō ſolū falſū ſꝫ ridicl'oſū ꝛ forte abſurdū dicē · tū qꝛ lex moſaica nunq̄ꝫ legit̄ eſſe añq̄ꝫ fuiſſet data in mōte ſynay · nec etiā tpe pr̄iarchaꝝ · Tū q̄a ſuꝑfluū etiā eſſet illā eſſe añ mūdi ꝯſtitucōꝫ qñ null⁹ homo erat qui eā intelligēt ſeu obſuaret · De pluuia enī legit̄ geñ ij · non enī pluerat dñs ſuꝑ terrā eo ꝙ nō erat hō qui oꝑaret̄ terrā · vnde a ſili ſeu a forciori nll'o modo eſt credendū ꝙ lex fuiſſet ꝓducta qñ hō nondū erat ī mūdo · tū qꝛ ſi lex illa per quā de⁹ feciſſet mundū fuiſſet aliq̇d ext̄ deū exiſtens · ſequeret̄ ꝙ deus min⁹ ꝑfcte ꝓducēt mūdū q̄ꝫ aliq̇s artifex ꝓducit ſuū artificiatū qd eſt nō ſolū falſū ſꝫ abſurdū · ꝯſequēcia patet ex hoc · qꝛ artifex ꝓducat ſuū artificiatū ꝑ artē ſibi intrīſecā · de⁹ ūo ſm tuā poſicōꝫ ꝓduxiſſet mundū ꝑ artē ſibi extrīſecā qd derogat ꝑfectōi creacōis reꝝ a deo facte qꝛ deus ſm hoc indiguiſſet adiutore exteriori ad creacionem mundi ·

¶ Capitl'm · xvij · in quo ponunt̄ quedā obiectōes iudeorū cont̄ v̇itatē gñacōis quā fides catholica ꝓfitet̄ eſſe ī ōmis · quequidēꝫ obiectōes ſoluūt̄ · in cui⁹ fine declarat̄ ꝙ in ꝑſenti tractatu vbi ſolū agit̄ de ſcrutinio ſcꝑt̄aꝝ nō eſt tractandū de omnibus difficultatibus que ad hoc miſterium pertinēt ·

· Saulus ·

Expoſicio tua ċca ꝑdictā auctem ꝓū · nll'o modo ꝯſonat rōi · Qꝫ enī ſapiā ōina ꝑ quā de⁹ fecit mūdū ſit a deo genita ſicut a deo gñante realit̄ diſtinguat̄ nll'o modo pt̄ a rōe tolerari · gñalit̄ enī ut tu ſuꝑdixiſti in · vij · c · ea que de deo dicunt̄ non ſūt intelligēda ſm modū infimaꝝ creat̄aꝝ que ſūt corꝑa ſꝫ ſm ſili'tudinē creat̄aꝝ que ſūt intellectuales ſbē · et ſic ꝙ gñacio in ōinis ītelligēda eſt ſm emanacōꝫ ītelligibilē ꝓut v̇bū intelligibile a ꝓferente ſeu a dicente diſtinguit̄ · Que quidē emanacio nō tranſit in exteriorē materiā ſed int̄ manet · adhuc ſm iſtaꝫ tuā declaracionem nullo modo dicendū eſt ꝙ in ōmis ſit gñacio · nec ꝑ ꝯſequēs generans et genitū ſeu pr̄ et filius · In hoīe enī et in angelo

in quib⁹ eſt aliqua emanacio ītelligibilis ſm quam eſt in eis
intelligens ⁊ intellectū· non tamen in homine ſeu in angl'o
dicitur eſſe generacio ſic ꝙ ītelligens pater dicat̄· et illud qd̓
intelligitur filius ergo nec in diuinis racione predicte ema-
nacionis intelligendū eſt eſſe generacionē ſm quā ibi dicat̄
eſſe pater et filius· Item de racione geniti eſt ut accipiat eſſe
a generante· Et ſic oportet ꝙ genitū habeat eſſe receptū· et ꝑ
ꝯſequens ꝙ non ſit per ſe ſubſiſtēs· quod repugnat ꝑfectiōi
diuine cui⁹ eſſe ē ꝑ ſe ſubſiſtens· Ex quibus ſequit̄ ꝙ nullius
geniti eſſe ſit deus· Paulus· Vex eſt ꝓut tibi dixi
ꝙ generacio in diuinis non eſt intelligenda ſm ſimilitudinē
gn̄acōis rex ꝯpaliū ſ; ſm ſil'itudinē emanacōis ītellc̄tualiū
rerum· Sed circa hoc attendē debes ꝙ nulla res creata tantū
deo aſſimilatur quin inter talem rem ⁊ deum ſit maior diſſi-
militudo q̄ȝ ſit iſta ſimilitudo accepta a rebus Iuxta illud
yſaie· xl· capitulo· Cui ergo ſimilē feciſtis deum ⁊c̄· Cuius
racio eſt· Nam ꝑfectio diuina eſt infinita· ꝑfectio autē crea-
ture cuiuſcūqȝ finita eſt· Inter finitū autem ⁊ infinitū non
eſt danda proporcio· vnde cum ex perfectione alicui⁹ creature
quequidem ꝑfectio finita eſt· ſimilitudinē accipimus ad di-
uinam ꝑfectioneȝ que eſt infinita oportet ꝙ ſemꝑ remaneat
maior diſſimilitudo· Ex quo vlterius ſequit̄ ꝙ ex quacunqȝ
ſimilitudine a rebus creatis in deo accepta oportet amouere
a deo omnes imꝑfectiones que in huiōi perfectione rei crea-
te intelligunt̄ ſeu includunt̄· verbi gracia· dicim⁹ in deo eſſe
ſcienciam ſeu ſapienciam quā nullo modo intelligerem⁹ niſi
per aliquā ſimilitudinē ſapiencie create cum cognicio noſtra
a ſenſibilibus ſeu a rebus creatis ſit accepta· Sed conſtat ꝙ
ſapiencia creata angelica ſeu humana eſt quoddā accidens ī
ipſo ſapiente quod nullo modo deo competit· cui nullū acci-
dens ineſſe ſeu competē poteſt· quicquid enī eſt in deo de⁹ eſt· Et
io cū attribuim⁹ deo ſapiaȝ· ul' dicim⁹ ꝙ in deo eſt ſapia opor
tet ꝙ ītelligam⁹ eā eſſe non eo modo quo ī creatis in q̇b⁹ eſt
ꝑ modū accidentis ſ; eo mō quo deo competit· ſ· ſapia ꝑ ſe ſb-
ſiſtēs· vn̄ in ꝓpoſito licȝ in d̄inis dicam⁹ eſſe v̇bū ſeu ſapiaȝ
que ꝓcedit a dicente ad modū ſiue ſimilitudinē noſtri verbi
intelligibilis quod ī nobis ꝓcedit ſm intelligibilē opacionē
Non tam̄ hec ſil'itudo eſt oīmoda· deficit enī a ꝑfectione ema
nacionis verbi d̄ini in mlt̄is· Et ſpecialit̄ in hoc ꝙ verbū in

nobis ꝓcedens ſcḋm itelligibilē opaciōnē non eſt eiuſdē naṫe
cum eo a quo ꝓcedit· Et iō illud qḋ intelligiṫ in nobis ſeu
a nobis non diciṫ eſſe filiꝰ de rōne eni filij eſt ꝙ eiuſdē naṫe
cum pr̄e· Intelligē aūt diuinū eſt ipa ſbā itelligentis qḋ nō
dubito te ꝯcedē· vn̄ verbū in diuinis ꝓcedens ꝓcedit ut ſub
ſiſtens eiuſdē naṫe cū illo a quo ꝓcedit qua rōne ꝓprie diciṫ
genitū et filiꝰ · vnde in auc̄te allegata de dīna ſapia ſcptura
vtiṫ dictionibꝫ que ad gn̄acōez viuenciū ptinēt· ſ· concepciōe
ut cū dicit· et ego ꝯcepta erā· Silr̄ et ad ptū ut cū dicit· Ego
ptuiebar ī intellectu autē nr̄o vtimur noīe ꝯcepcōis ſcḋm qḋ
in nr̄o intellectu inueniṫ aliqḋ de nouo apprehenſū non autē
vtim̄ noī filiacōis cū non ſit ibi ydemptitas naṫe· ſ· intelli-
gentis et itellecti· Ad ſcḋm iō qḋ obicias dicēs ꝙ ſi ī deo eſſꝫ
aliqḋ genitū illud eſſet receptū alibi rn̄deo ꝙ nō oīe acceptū
ēſt receptū in aliquo ſbiecto· tota enim ſbā rei create acapit
eſſe a deo· non tn̄ habet aliqḋ ſbiectū receptiuū· vn̄ genitꝰ in
dīnis accepit eſſe a gn̄ante non tam̄ illud eſſe eſt receptū in
aliq̄ miteria ſeu ſbiecto· hoc eni repugnaret ſbſiſtencie in di
uinis· vnde filiꝰ in dīnis in quantū ꝓcedit ab alio habet eſſe
diuinū non q̄i aliud ab eſſe dīno exiſtēs· In ipa eni pfectiōe
dīna ꝯtineṫ ꝙ ſit ⁊ verbum intelligibiliṫ ꝓcedens et pn̄cipiū
vbi ſi c̄quecūqꝫ ad eiꝰ pfectōꝫ ptinēt· Et attende ꝙ ſcḋm inten
cionez huiꝰ tractatꝰ pn̄cipaliṫ intendē debemꝰ circa ſcrutiniū
ſcripṫaꝝ ꝓut in ꝓlogo dictū fuit· De quo iā circa hoc miſte
riū ſatis habuimꝰ· Non aūt debemꝰ ſcrutari maieſtatē· Et
iō ſupſedeamꝰ ab argumentacōibꝫ que in hac materia fiunt
ſeu fieri poſſūt· de quibꝫ doctores nr̄i multa alta ſeu ꝓfunda
tractant tā circa relacōes originis que in diuinis dicuntur
q̄ꝫ circa pſonales ꝓprietates et nociones ⁊ huiōi ad amouen
das quaſcūqꝫ hereticas impugnacōes que in hys ꝯſueuerūt
fieri· De iſtis enim cum inceperit te ſummꝰ illuiatoꝛ cordiū
lumine fidei aliqualiṫ illuminare poteris ad tui informacōez
vlterius ꝓcedere· Nunc aūt ad noſtrū ſcrutiniū· ſ· ſcripṫaꝝ
circa alia que reſtant procedendū eſt·

Diſtinctio decima de ſcrutinio ſcripturaꝝ circa miſteriū diuinitatis xp̄i · et ↄtinet nouē capl'a

¶ In p̄mo capitulo ꝓponit̄ ꝙ ex hoc ꝙ fides catholica profitet̄ xp̄m eſſe veꝝ deum et verū hominem non derogat diuine ꝑfectioni ·

¶ In ſcd̄o capitulo oñdit̄ ꝑ auctoritatē pſalmiſte in pſalmo · Quare fremuerūt gentes ⁊c̄ ꝙ xp̄s eſt deus ⁊ homo

¶ In capitl'o tercio oñditur idem ꝑ auctoritatē pſalmiſte in pſalmo · Deus iudiciū tuū regi da ⁊c̄ ·

¶ In quarto capitl'o oſtendit̄ idem ꝑ auctoritatē pſalmiſte in pſalmo · Eructauit ·

¶ In · v · capitulo oñdit̄ idē ꝑ auc̄tem yſaye in · x · capitl'o ·

¶ In capitl'o · vj · oſtendit̄ idē ꝑ auc̄tem jeremie · xxiii ·

¶ In capitl'o · vij · oſtendit̄ idem ꝑ viſionē factā ezechieli in p̄mo capitulo ſuo prophecie et per viſionem factam danieli in capitulo quarto ·

¶ In viii · capitulo oſtenditur idem per auctoritatem prophetaꝝ michee · v · et zacharie · xii ·

¶ In capitl'o · ix · oſtendit̄ idem ꝑ dicta antiquoꝝ talmudiſtaꝝ · Et in eodem imponit̄ p̄me ꝑtis hꝰ tractatus finis ·

¶ Capitl'm primū in quo ꝓponit̄ ꝙ ex hoc ꝙ fides catholica profitet̄ xp̄m eſſe veꝝ deū et hoīem non derogat diuine ꝑfectioni ·

Saulus ·

Quidquid ſit de p̄miſſis adhuc video ꝙ xp̄s tuus maīfeſte fuit locutus contra excelſū · docuit enī per ſe uel per ſuos diſcipulos contra diuinā ſimplicitatē ⁊ q̄ſi contra omnē diuinam ꝑfectionē · Et iō ꝓprie de ip̄o debet intelligi illud · dañ · vij · capitulo de cornu ꝑuulo qui locuturꝰ erat contra excelſum prout tibi ſup̄ dixi ·

Paulꝰ

Dic michi obſecro vbi īueniſti ꝙ mḡr meus xp̄s uel ip̄iꝰ diſcipuli talia contra deū excelſum fuiſſent locuti · Non enī credo ꝙ talia poſſis reꝑire in doctrina ſua uel ſuorum ·

· Saulus ·

· Manifeſtū eſt · nc tu ut credo negabis ꝙ mḡr tuus l' eiꝰ diſcipuli ipſius nomine docuerūt ⁊ pblice ⁊ continue p̄dicant ꝙ ipſe tuus meſſias eſt verus deus ⁊ verus homo ⁊ cōſequent̄ de ipſo deo etiā aſſerunt ꝙ fuit tēpaliter natus ex muliere · cum tamē deus nunq̄ꝫ eſſe incepit te

menti pr̃ibus reuelatũ fuit · et in ſacris ſcripturis dupliciter
traditũ tam ꝑ hiſtorias ſacras hoc teſtantes qʒ per dogmata
diuĩa q̃ hoc expꝛeſſe aſſerũt · ꝑmũ pʒ in q̃ʒplurimis locis ĩ quibꝫ
ſcripture diuinã iuſticiã res hũanas ꝓuidere hiſtorialiť teſtã
tur qᵭ patʒ tam ĩ ſingularibꝫ ꝑſonis vnde Gen · iiij · caplo de
punicõne cayn facieñda et de ꝑmiacõe noe iuſti Gen · vj · et de
premiacõne abrahe Gen · xij · et · xv · caplo · qʒ eciã in quodam
vli vt de punicõe ꝑeuntiũ in diluuio Gen · vij · Et de punicõe
ſodomitaꝝ gen · xix · et ſic de q̃ʒplurimis hiſtorijs ſacis teſtã-
tibus ꝙ diuina iuſticia ꝓuidente mali puniunť et iuſti ꝑmi-
anť · Scdo mõ idem patʒ per diuina ſcripturaꝝ ſacra dogmata
vnde Gen · xviij · abraham dicebat deo abſit a te ut rem hãc
facias ut occidas iuſtũ cũ impio non eſt hoc tuũ qui iudicas
omnẽ terram ⁊c̃ · et in dacõne legis exo · xx · Ego ſũ dominus
deus tuus zelotes viſitans pccã patꝝ in filios ⁊c̃ · et faciã mi
ſericoꝛdiã diligentibꝫ me ⁊c̃ · Que quidẽ diuina ꝓuidencia circa

actus hũanos iuxta ſacraꝝ teſtimoniũ ſcripturaꝝ· non tm̃
ꝯſiderat exteriora hoīm opa ·ſ; etiā interiora et intima vt vni
cuiq; reddat̃ pmiũ vl' penā ſm ꝓpria merita ſeu demerita· le
git̃ etiā iere. xvij· Ego ſum dñs ſcrutans cor et ꝓbās renes
qui do vnicuiq; iuxta viam ſuā et iuxta fructum adinuētio
nũ ſuaꝝ vbi ꝓpheta poſtq̃ oñdit ꝙ humana noticia nō atti
git ad interiores hoīm cogitatōes ſeu actiones cognoſcendas
dicens· prauu; eſt cor homis et inſcrutabile· ſ· ab homie qui
tantũ ea que apparēt videt· pmi Re· xvj· caplo· ſtatim ſub:
dit ꝙ hec interiora a deo ſcrutant̃ dicens· Ego dñs ſcrutans
cor et ꝓbans renes· In quo itelligunt̃ cogitatōes et affectō:
nes humane q̃ntumcũq; ſint occulte· Et vt oñdat hui⁹ ſcru
tinij diuini ſeu ꝓbacōis effectum ſubdit· qui do vnicuiq; iux
ta viam ſuā et iuxta fructũ adinuētionũ ſuaꝝ· vbi p viam
intelligit̃ finis quē homo in opibus ſuis cōſtituit· ſicut p vi:
am corpalem homo tendit ad terminũ intentũ· p fruct⁹ aũt
adinuentionũ intelligunt̃ ipa opa ab hoīe facta· vnde ex hac
auc̃te et quibuſdā alijs ſil'ib⁊ manifeſte habet̃ ꝙ deus ꝓuidet
de actibus hũanis ipos examinās ſm ſe et etiā ſm intentōe;
opantis ſeu adinuenientis· Ex qua auc̃te etiā et q̃mpl'imis ſi:
milibus habet̃ qd dictum eſt de ꝓuidencia diuina circa res hu
manas· qd quidem pncipiũ a quolibet fideli credēdum ē tanq̃
quoddam pſuppoſitũ ad oīa que per fidem tradunt̃ ſeu credunt̃
vnde apl's ad hebre· xj· accedentē ad deũ op; credere quia eſt· et
inq̃rentib⁊ ſe remũerator ē· hoc aũt pſuppoito ſcire debes ꝙ fu:
erũt nōnll'i q licz pdictũ pncipiũ credidiſſēt· errauert tñ circa
pmiũ iuſtoꝝ ⁊ punicōe; maloꝝ ponētes vtꝛq; i hac vita tm̃
eſſe nō aũt in futa quā· ſ· vitā futurā oīno negabāt aſſeren
tes aīam hoīs eſſe mortale; vnde p⁹ hāc uitā ſm illos nulla
remaēt pena ul' pmiũ hoī· Cōſequēter et eandē erroneā rōnē
de mortalitate aīe ſequētes rſurrectōe; negabāt· et de hac fal
ſa ſeu heretica ſecta fuert· Saducei de quib⁊ ioſephus li· xx·
antiq̇tatũ refert ꝙ recipiebant tm̃ q̇nq; libros moyſi in quib⁊
nō fit mēcio expſſa de alio ſecl'o nec de immortalitate anime
ſed poci⁹ cōminacōes et punicōnes ſm lr̃e ſupficiē oms ſunt
tpales· vnde ſequentes pentateucon ſupficialit̃ tm̃ et nichil
aliud de diuinis ſcripturis in hūc inciderũt errorē· quē erroꝛe;
cōfutat xp̃s Mt· xxij· ut ibidē plane cōtinet̃· Vlteri⁹ autē
cōſiderandũ ꝙ hij tres aduſarij ipius iob ꝓprie vident̃ fuiſſe

de ſecta ꝑocta · Saduceoꝝ nefanda · Et ideo om̄s tribulacões
tꝑales que ipi job cõgerant attribuebant pccĩs ſeu delictis
ipius falſe exiſtimantes ꝙ in hac vita nullus affligit̄ niſi ĩ
pena ꝓprij delicti · vñ innocẽtes et recti ſm eos nunq̃ʒ afflige:
bãt̄ in hac vita vt pʒ ꝑ dicta ipoꝝ · Eliphas eñ dicebat ipſi
Job · Recordare obſecro quis vnq̃ʒ innocẽs perijt aut quãdo
recti deleti ſunt qñ potius vidi eos qui operant̄ iniq̃tatem ⁊c̄ ·
Job · iiij · Baldach etiã dicebat ipi job Si mũdus ⁊ rectus
inceſſeris ſtatim euigilabit te ⁊ pacatũ reddet habitaculũ iuſti
cie tue job · viij · Sophar etiã ipi job dicebat Et intelliges ꝙ
multo minora exigaris ab eo q̃ʒ meret̄ iniq̃tas tua job xj · Et
hec ſnĩa plures replicat̄ ĩ dictis eoꝝ Ex q̇bꝰ pʒ ꝙ nõ credebãt
ꝙ aliquis homo in mũdo hoc tribularet̄ ut meritũ ſuũ auge:
retur in alia vita · talem eñ vitã eſſe nõ credebãt · job autẽ
tanq̃ʒ verus fidelis credebat firmit̄ ꝑ diuinã ꝓuidenciaʒ actus
regi hũanos · ſʒ verũ et ꝓpriũ ꝑmiũ iuſtoꝝ et verã ⁊ ꝓpriam pu
nicõnem reproboꝝ nõ ponebat in hac vita que momẽtanea
eſt et caduca · ſed in vita futura · et ꝯſequent̄ ex hoc ꝙ ſibi in
hac vita tribulacões maxĩe deuenerẽt nõ credebat ſequi ꝙ ipe
eſſʒ iniuſtus ſicut nec ſm veritatẽ fidei hoc ſeq̃tur · Ex quibus
patʒ ꝙ Rabimoyſes maifeſte errat aſſerens ꝙ job in ꝓuidẽ
cia diuina cõueniebat cũ ariſtotele qui negauit ꝓuidẽciam di
uinam eſſe in iſtis inferioribꝰ niſi ſolũ ſm ſpeciem ul' genus
non aũt ſm indiuidua et ꝑticulares actiones · Cuiꝰ oppoſitũ
in multis dictis ipius job manifeſte pʒ · Dicit eñ job de deo
nonne ipe cõſiderat vias meas et cũctos greſſus meos dinu
merat job · xxxj · Et infra ĩ eodem excuſans ſe a ſuppreſſione
ſeruoꝝ ſuorum ſic dicit · Si cõtempſi ſubire iudiciũ cũ ſeruo
meo et ancilla mea cũ diſceptarent aduẽſũ me · quid eñ faciã
cũ ſurrexerit ad iudicandũ deus · et cũ queſierit quid responde
bo illi · Ex quibꝰ manifeſte pʒ ꝙ job credebat ꝓuidẽciam diuinã
ſe extendere uſqʒ ad actus ꝑticlares hũanos et eciã ꝙ iudiciũ
diuinũ cont̄ ſe ſi a iuſticia deuiaſſet timebat Ridiculũ eñ vi
detur aſſerere ꝙ job negaſſet diuinã ꝓuidenciã in actibꝰ parti
cularibus hũanis · cũ expſſe tam generacõeʒ q̃ʒ formacõnem
ſuam q̃ʒ oĩa que ipi euenerũt deo tanq̃ʒ pñcipali auctori attri:
buebat ut pʒ in mltis locis ſpãlit̄ job · viij · caplo · vbi dicit ·
Manus tue dñe fecerũt me ⁊c̄ · uſqʒ ad finẽ capli Et in oibꝰ
dictis ſuis fere clariſſime pʒ ꝙ ipe gubnacõeʒ diuinaʒ ſe exten:

dere ad actus hūanos fatebat̃ Ad auc̃tes ſup̃dictas p Rabi
moyſen allegatas quaꝝ vna eſt illa ĩ qua job dicebat· vnū
eſt qđ locut⁹ ſū Innocentē et ĩpiū ip̃e cōſumit· ex q̄ intendit
ip̃e pbare ꝙ job loquebat̃ cont̃ diuinā iuſticiā· Dicendū ꝙ
hoc eſt veꝝ· ſ; intelligēdum eſt hoc dixiſſe Job ſm opīoꝫ adū
ſarioꝝ quā ad incōueniēs intēdit deducē· q· d· hoc qđ dixi· ſ·
ꝙ ſi in hac vita tm̄ totū p̃miū iuſtoꝝ et pena impioꝝ cōſiſte=
ret ut vos aſſeritis· ſequeret̃ ꝙ innocētes et impij equaliter a
deo punirent̃ · cū tā iſti q̄ȝ illi morte tꝑali que maxīa penaꝝ
tꝑaliū eſt cōſumant̃· Et qꝛ ſm vos nulla pena nec p̃miū ho=
mis remaēt ĩ alia vita ſequet̃ ꝙ deus nō iuſte pcedēt ĩ hoīm
gubnacōne Et quia cont̃ hoc poſſet dici ꝙ pena mortis eſt cō
munis oībus ppter pccm̄ nat̃e qđ ē cōmūe· adhuc irrōnabi=
le videt̃ ꝙ innocentes qui ex pprijs pccīs nō ſūt rei alias pate
rent̃ afflictiones p̃ter mortē · cū ſm vos nulla alia cauſa eſt
quare alicui inffligit̃ pena niſi ppt̄ pctm̄ ppriū· Cōſtat aūt in
nocētes penas pati ĩ hoc mūdo Et ſic ſm vos ſequeret̃ ꝙ ta=
les ſine cā punirent̃· de quo ſubdit· Et ſi flagellat occidit ſe=
mel et nō de penis innocentē irrideat Idem dicendū ē ad aliā
auc̃tem job· xxj· ubi dicit̃ Simul in puluē dormiēt ꝛc̃· quia
hoc dicat job ad cōfutādū adūſarios qui tm̄modo ĩ hac vita
dicūt eſſe totalē penā impioꝝ cū tm̄ videm⁹ ꝙ aliq̄ impij cōti
nue viuūt ꝛ moriunt̃ in pſperitate tꝑali Et alij p oppoſitum
qui tm̄ ſimul in pulue dormiūt · qđ eſſet cōtra diuinam iuſticiā
ſeu puidēciaȝ niſi in alia vita iſta reducēnt̃ ad verā iuſticiā
et ſic job impbat ſuos adūſarios in huiōi locucōib⁊ et ſilib⁊
deducēdo eos ad incōueniens ex hoc ꝙ futurā vitā negabant
¶ Caplm̄ iiij· In quo arguit̃ cōtra p̄dictā rn̄ſionē· et ſol=
uunt̃ argumenta Diſcipulus
Contra expoſicōeȝ tuā de dictis ip̄i⁹ job· ſup̄dict⁹ Ra
bimoyſes et turba talmudicoꝝ poſſent obicē ſic di=
centes· v̄ba job plane intellecta intelligi debēt fuiſſe
dicta de mēte ip̄ius job· nō aūt adūſarioꝝ · nō em̄ dixit ſm
vos innocentē et impiū ip̄e· ſ· deus cōſumit· ſ; dicat ſimplicit̃
Vnum eſt qđ locutus ſum innocentē et impiū ip̄e cōſumit·
qđ plane ſonat hoc eſſe dictū de mēte job· Cū aūt ĩ expoſicōe
tua ſupaddis ꝙ hoc intelligit̃ ſm mentē adūſarioꝝ hoc ē ext̃
textū· vnde nec videt̃ talis ſenſus recipiēdus niſi aliq̄ racio
ſeu auctoritas nos cogat ad hoc· Idem poſſet dici cont̃ expo=

ficõnem ſcōꝫ auc̄tās ſupͣdictā Magiſter Ex duobus
cogimur exponē v̓ba job in hac diſputacōe fuiſſe fideliſſima
et vera · et ſpāliter ea que ipe dixit circa futurā vitā et circa
reſurrectionē · p̄mū eſt auc̄tas dīna que falli nō pt̄ que teſtat̄
ꝙ job locutus fuit rectū corā deo in illa diſputacōe · nō autē
ſui adu̓ſarij job vltimo · Nō eſtis locuti rectū corā me ſicut
ſeruus meus job ꝓut ſup̄ fuit allegatū · Si em̄ job in ſua di
ſputacōne cont̄ ea que in fidei veritate cōtinent̄ aliquid aſſe-
ruiſſet · nō potuiſſent p̄dicta v̓ba verificari de locucōe ipi⁹ job
cum adu̓ſarijs · Et ultra hoc notandū eſt ꝙ nō dixit deus ſo
lum nō fuiſtis locuti rectū ſicut ſeruus meus job · ſed addit
coram me · In quo denotat̄ ꝙ v̓ba job intellecta ſ̓m intimā
ſui intencionē que nuda eſt et apta corā me deo fuerunt recta
licet poſſint iudicari ſicut ſonant aliter · Deus em̄ qui ſolus
nouit corda hoīm teſtat̄ ꝙ v̓ba ipi⁹ job recta fuer̄t corā deo
Et ideo v̓ba ſua et ſi pn̄t dupliciť intelligi opꝫ ut exponant̄
eo modo quo recta ſūt Et hoc ē qd̓ nos cogit v̓ba job exponē
ſic ut ſint recta corā deo ⁊ nō aliter Scdm̓ vero qd̓ nos cogit
ad p̄dictā expoſicōnem eſt ꝙ ex v̓bis job ꝓprie intellectis nos
opꝫ concedē ipm̄ hr̄e ſpem in aliā vitā qd̓ eſt maiſeſte conſo-
num fidei et repugnās errori adu̓ſariorꝫ · dicit em̄ job ſic ca-
pitulo · xiij · Etiā ſi occiderit me i ipo ſperabo verūtamē vias
meas in cōſpectu eius arguā · et ipe erit ſaluator meus · Nō
em̄ veniet in cōſpectu eius omis ypocrita In quibꝫ v̓bis ma
niſeſte habet̄ ꝙ job in hac vita exiſtēs habebat ſpem ut deus
ipm̄ ſaluaret poſt mortē qd̓ eſt maiſeſte cont̄ errorē ſociorꝫ qui
futurā vitā et ſalutē oīno negabant · vnde v̓ba ſua alibi di
cta in quibus apparet ꝙ ipe parificat innocentē et impiū opꝫ
ꝙ intelligant̄ nō ſ̓m ſuā mētem ſꝫ ſ̓m mētem adu̓ſariorum
et ut inſinuaret ꝙ v̓ba ſup̄dicta · ſ · ſi occiderit me in ipo ſpera
bo ⁊c̄ dicta ſūt ſ̓m mentē ꝓpriā et nō aliter · Idcirco immedi
ate ante illa p̄mittit hoc tacete pauliſꝑ ut loq̄r qd̓cūqꝫ mens
michi ſuggeſſerit · quare lacero carnes meas dentibꝫ meis et
aīam meā leuo i maībꝫ meis etiā ſi occiderit me ⁊c̄ · In huiōi
em̄ v̓bis ante p̄miſſis duo exp̓mimt̄ · vnū eſt ꝙ illud qd̓ erat
locutus ex ꝓpria mētis ſuggeſtione ꝓcedebat · Et de hoc dicit
tacete pauliſper ut loquar qd̓cumqꝫ michi mens ſuggeſſerit ·
Scdm̓ eſt ꝙ omia que paciebat̄ tam in carne q̄ʒ in ſpū ſuſtine-
bat ꝓpē ſpem future ſalutis · p̄mū patꝫ ꝑ hoc ꝙ dixit · quare ·

lacero carnes meis dentibꝫ meis qđ ꝑtinet ad corꝑales penas Scđm ꝟo cum dicat· aīam meā leuo in manibꝫ meis qđ ꝑtinꝫ ad afflictiones intrinſecas aīe· vnde declarās quare iſta ſuſtinebat ſtatim ſubdit Et ſi occiderit me in ip̄o ſperabo· q̄ſi dicēt non ſolū alias penas citra mortē ſed etiā ip̄am mortē que eſt maxīa penaꝝ p̄ſertim cū ſit violenta que ꝑtinet ad occaſionē ꝑatus ſum ſuſtinē ꝓpter ſpem ſalutis· Idem dicendū eſt ad ſecūdaꝫ auctem job· xxj· ſ· ꝙ illa dicta job intelligēda ſūt ſm mentē adūſarioꝝ quos vult ad incōueniēs deducere ut ſup̄ dictum eſt

¶ Caplm q̄ntū In quo ponūtur quedā alia v̄ba ip̄i⁹ job ex quibus arguunt ſup̄dicti job negaſſe reſurrectionē futuram Et ibidem ſoluunt̄ argumenta eoꝝ per veram expoſicōnem verboꝝ ip̄ius job Magiſter

Sunt alia verba job que maīfeſte vīdētur negare reſurrectionē futuram ut cū dicat caplo· xiiij· lignū habet ſpem ſi p̄ciſum fuerit rurſum vireſcit ꝛc̄· Et infra in eodem cōtextu· homo cū dormierit nō reſurget donec atteratꝰ celū nō euigilabit neqꝫ cōſurget de ſomno ſuo· In quibꝫ verbis et ſilibus maīfeſte pꝫ ꝙ job negabat reſurrectōneꝫ· nec valet dicē ꝙ hoc dicebat ſm mentē adūſarioꝝ· Nam ad predicta v̄ba ſic p̄mittit Recede ergo paululū ab eo ut quieſcat donec optata veniat ſicut mercenarij dies eius· In quo loco job loquit̄ deo ſupplicans habere refrigeriū penaꝝ conſiderata breuitate vite hūane ad qđ fortificandū inducit differenciā īter duracōneꝫ ligni ꝛ dūracōnē homīs eo ꝙ lignū poſt ſui p̄ciſiōeꝫ vireſcit· nō aūt homo poſt mortē Et ſic vult inducē deum ad miſerandū hoī ꝓpter breuitatē vite ſue ex quo ad ip̄am nūq̄ꝫ redit· lignū aūt ſic· vnde maīfeſtū· eſt ſm ſeriem lr̄e ꝙ hoc loquit̄ de mente ſua· nō aūt ſm mentē adūſarioꝝ

Diſcipulus Hec verba ip̄ius job que allegas intelligi p̄nt eſſe dicta de mēte ip̄ius Ad qđ ſciendū ꝙ fuerūt aliq̄ antiqui q̄ falſe aſſerebāt ꝙ hō poſt hāc vitā p⁹ magna tꝑis curricula redeuntibꝫ oīm cōſtellacōibus ſideꝝ ſicut fuerūt antea tūc idem homo per naturā ſiliter rediret ad vitā mortalem et ad omīa officia uł alia quecūqꝫ q̄ ꝑ ip̄m fiebāt utputa ꝙ plato legēt athenis in eiſdem ſcolis et eiſdē ſcolaribꝫ et eaſdē lectiones ſicut ante dum viuebat· Que quidē opinio de reſurrectione eſt erronea ꝛ falſa· Nam ſm phoꝝ doctrinam ea que

corrũpunt̃ nõ redeũt eodem numero per motũ ſeu mutacõem
vt in ſcdo de generacõe· Eſt etiã cont̃ veritatem fidei ſm quã
reſurrectio credit̃ ſeu expectat̃ ad vitã glorioſaʒ immortalẽ
vnde Job illã falſã r̃ſurrectiõeʒ negat· qd patʒ ex hoc ꝙ dicat
lignũ habet ſpem ⁊c̃· lignũ eñ poſt ſui p̃ciſionem iteꝝ vireſcat
in eadem vita ꝓut ad aĩam pertinet vegetatiuã· homo v̾o cũ
dormit nunꝗ̃ ad talẽ vitam reſurgit ſed ad vitã immorta
lem ut dictũ eſt· Vnde ex hoc Job volebat inducere deũ ut cõ
cederet ſibi refrigeriũ penaꝝ i hac breui duracõe ex quo nũꝗ̃
ad ſimilẽ vitã reſurrecturꝰ erat homo· Et ſic ex p̃dictis ver=
bis nõ habet̃ ꝙ Job negaſſʒ verã reſurrectionẽ q̃ ꝑ fidem habẽ
ſed falſam reſurrectionẽ ut dictũ eſt· Alij v̾o exponũt v̾ba
Job p̃dicta ut ex hys cõcludat̃ vera reſurrectio futura dicen
tes ꝙ hõ cũ ſit nobiliſſima creatura int̃ corruptibiles creatu
ras Racõnabile eſt ut nõ ſit deterioris cõdicionis ligno· Sʒ
conſtat ꝙ ſi lignũ fuerit p̃ciſum iteꝝ ꝓducat ramos ⁊ germi
nat· De corꝑe aũt hoĩs p̃ciſi a vita p̃nti nichil tale videt̃
pullulare· Et ideo ne homo ſit peioris cõdicõis ligno cõclu
ditur ꝙ i hoĩe ſit aliquid immortale· ſ· aĩa racõnalis cuiꝰ
reſurrectio expectat̃ et ſm hoc exponũt illud· lignũ habʒ ſpem
Sicqʒ ꝑ modũ ſuaſionis rethorice ſm quã ꝓcedit̃ i hoc libro
Job reſurrectionẽ veram cõcludit· vnde ex p̃dictis v̾bis Job
in hoc loco non habet̃ ip̃m a fide reſurrectionis deuiaſſe expo=
nendo ea aliquo p̃dictoꝝ modoꝝ ad qd cogimur non ſolum
auctẽ diuina ſup̃dicta teſtante Job rectũ fuiſſe locutũ· Sed etiã
ex dictis ip̃iꝰ Job reſurrectionẽ verã teſtantibꝰ· vnde in ·xix·
cap̃lo· volẽs de miſterio reſurrectõis loqui qd eſt de maximis
ſeu difficilioribꝰ inter credibilia ut redderet auditores atten
tos p̃mittit· Quis michi tribuat ut ſcribant̃ ſermones mei
et exarent̃ in libro ſtilo ferreo et plũbi lamina uel celte ſcul=
pant̃ in ſilice· Et declarãs illa que ſũt tam magna et ardua
que peteret ſcribi mõ p̃dicto· ſubdit dicẽs· Scio ꝙ redemptor
meus viuit et i nouiſſimo die de terra reſurrecturꝰ ſũ et rur=
ſus circũdabor pelle mea ⁊ in carne mea videbo deũ ſaluatorẽ
meũ ⁊c̃· que v̾ba ꝓpriſſime exponunt̃ de reſurrectiõe futura
quã expreſſe ſanctus Job in hoc loco ꝓfitet̃ Et ideo oportet ꝙ
cum alibi de hac materia loquat̃ ip̃iꝰ v̾ba ſic exponant̃ vt
huic ſue vere ꝓfeſſioni cõcordent

¶ Capitulũ ſextũ In quo ponunt̃ quedam v̾ba dei ad ip̃m

job In quibus apparet ꝙ job loquebaẽ conẽ iuſticiã diuinam
Et ibidem exponunẽ ṽba ꝑdicta ſic ut ex ipſis nõ intelligaẽ
job fuiſſe locutũ in derogacõnẽ diuine iuſticie — Diſcipulus —
Sufficiũt michi ꝑdicta ad oñdendũ ꝙ job credebat fu-
turam vitã in qua expectaẽ iuſtoꝝ ꝑmiũ ut ṽba ſua
ſupra allegata ·xij· caplo Et ſi occiderit me in ipo ſpe
rabo teſtanẽ· Siliter et qd credebat reſurrectionẽ futuram ut
patet ex auctẽe per te vltimo allegata · Sed video ꝙ deus ipm
job cõdempnauit ſeu repꝛehendit in ſuis reſpõſionibꝫ i duobꝫ
locis· pmo ubi dicit· quis eſt iſte inuoluens ſnĩas ſermonibꝫ
imperitis· Scdo legiẽ job·xl · Nũquid irritũ facies iudicium
meũ ⁊ cõdempnabis me ut tu iuſtificeris· Ex quibꝫ patꝫ ſcdm
veritatẽ diuine ſentencie job nõ ſolũ fuiſſe locutũ ſermones im
peritos ſnĩas inuoluendo· ſed eciã in derogacõeꝫ diuine iuſticie
qd manifeſte patꝫ cũ dñs ſibi alloquens dixit · Cõdempnabis
me vt tu iuſtificeris· peto igiẽ vt michi declares quõ ṽba pre
dicta pñt cõcordari cum verbis dñi ꝑ te allegatis Job vlẽ·
vbi diciẽ Non fuiſtis locuti rectũ corã me ſicut ſeruus meꝰ
job — Magiſter — Verba dñi que pmo allegas· ſ· quis eſt
iſte inuoluens ſnĩas ſermonibꝫ imperitis ·ſi recte exponanẽ
intelliguntur de helin eſſe dicta non aũt de job ꝓut infra deo
dante ſi de mente ipſius helin tractabiẽ erit maifeſtũ · Ad veꝝ
aũt intellectũ ſcdꝫ auctas quã allegas attendẽ debes ꝙ quia
aduſarij job cõmuniter aſſerebãt ꝙ job erat punitus in vl-
cionẽ ſuoꝝ delictoꝝ qd erat falſũ ut patꝫ ex hiſtoria ipiꝰ job
in qua ante huiõi diſputacõem ꝑponiẽ ꝙ deus dixit ipi ſa-
than qui ipm job ꝑmiſſione diuina affligebat · nũquid cõſide-
raſti ſeruũ meũ job ꝙ nõ ſit ſimilis ei i terra vir ſimplex et
rectus ⁊ timens deũ ⁊ recedẽs a malo et adhuc retinẽs inno-
cenciã ſuam· tu aũt cõmouiſti me aduſus eũ ut affligerem
illũ fruſtra · Ex quo patꝫ maifeſte ꝙ job nõ erat afflictꝰ ꝓpẽ
demerita ſua Et ideo job volens excludẽ falſam impoſicõem
ſuoꝝ aduſarioꝝ ſuã iuſticiã cõmẽdabat in tantũ ꝙ petebat di
ſputare cũ deo qd aliis videbaẽ redundare in derogacõem diuine
iuſticie· Circa qd notare debes ꝙ ſi cõtingat contẽcio intẽ duos
equales non eſt repꝛehenſibile ſi alter eoꝝ a culpa ſe expurget
eciã ſi ex hoc alter culpabilis in hoim opione videaẽ quia hõ
plus ſe diligit naẽaliter q̃ꝫ alium · Sed cũ intẽ deũ et hoiem ſit
diſtancia infinita in quacũqꝫ ꝑfectione ſit homo pocius pati

debet ut in ſe culpa iniuſte referat̄ qꝫ ꝙ in deo putet̄ eſſe iniu
ſticia Et ideo dn̄s ad arguēdū job de cōmendacōe indiſcreta
ſue iuſticie ꝓponit excellenciā dei ſuꝑ hoīes · Que quidē excel-
lencia ex effectibꝰ oīs maifeſtat̄ · vnde autoritas illa quā
allegas Nunquid irritū facies iudiciū meū ꝛc̄ · Intelligitur
ſic · q̄ſi dicēt Nūquid ſic iuſticiā tuā cōmendas ut irritū · i ·
nō rectū facias videri iudiciū meū · Sic enī cōmēdas iuſticiā
tuā ꝙ ego apud alios videar cōdempnabilis Et hoc eſt qd̓ di
cit · Condempnabis me ut tu iuſtificeris · vnde ex v̓bis ſuꝑ
dictis dei ad ipm̄ job · maifeſtū eſt ꝙ nō rep̄hendit eū ex hoc
ꝙ ꝓuidenciā dei negabat circa hoīes ut Rabimoyſes erronee
eſtimauit · ſꝫ ſolū de hoc ꝙ ſe maifeſtabat indiſcrete intantū
ꝙ hoc poſſet referri in derogacōēꝫ diuīe iuſticie de qua incauta
locucōe ſeu iuſtificacōe indiſcreta job penituit · vnde poſtq̄ꝫ
rep̄henſionē dn̄i audiuit in fine cōcludit Idcirco me rep̄hen
do et ago pniam in fauilla et cinere

¶ Caplm̄ ſeptimū In quo oñdit̄ ꝙ ex hoc ꝙ job natiuitatē
ſuam et cōcepcōem et huiōi maledixit et eciā vitā ꝓpriā di
cebat ſe abhorrere nō derogat̄ ꝑfectioni ipius job ſeu ipius
virtuoſe paciencie · nam talia ſc̄dm ꝑtem inferiorē rōnis dici
intelligēda ſūt · nō aūt ſc̄dm ꝑtem rōnis ſuꝑiorē · Diſcipls

Si job ꝓut tu doces tante ꝑfectiōis erat ꝙ eciā ſi fla-
gellacio ei inflicta a deo uſqꝫ ad mortē incluſiue attin
geret adhuc i ipo remanēt vera ſpes i deo ꝓut v̓ba
ꝑ te ſuꝑ allegata vident̄ ſonare · cū dicat · Et ſi occiderit me i
ipo ſperabo job · xiij · quō ergo vir tāte ꝑfectōis ꝑ amiſſionē
rerū tp̄aliū necnō eciā ꝑ afflictionē corꝑis ſui in tantam inci
derit triſticiā ſeu anxietatem ut cōcepcōem ſuā et natiuitatē
maledicēt · et eciā vitam ꝓpriam abhorreret · que quidē nō ꝑti-
nent ad vite ꝑfectionē ſeu ad virū ꝑfectū in quo ſpes future
vite cōſiſtit · Scdm̄ enī doctrinā apl̄i · ad Rō · viij · Non ſunt
cōdigne paſſiones huiꝰ ſeculi ad futurā vitā que reuelabit̄
in nobis Incōueniēs igit̄ eſt ꝙ vir iuſtus qui nō ex peccatis
ꝓprijs ſed ad meriti ſui augmētum flagellabatur ſicut erat
job ꝓut ex ſuꝑdictis patet ꝙ vitā ſic abhorrēt ut appeteret
nunq̄ꝫ fuiſſe ſub hac luce · qd̓ tū job appetebat ut · patꝫ in tercio
caplo Magiſter Ex hoc ꝙ job ſuā cōcepcōem et natiui
tatem et huiōi maledicebat ex quibꝰ odibilē vitā ſuā demō
ſtrabat nō ſequit̄ aliquid ſue ꝑfectōi repugnās · xp̄s enī qui

ſuꝑ oīs ſanctos ꝑfectionē vite hūane attigit legit̄ de morte
ſua futura triſtari· Dixit eñ imminente paſſione· triſtis eſt
anima mea uſqꝫ ad mortē Mt·xxvj·Cuiꝰ racio ē· Nam ra
cio inferior hūana que ſenſitiuā ꝑtem ſequit̄· que quidē ſenſi=
tiua nichil ad finē refert· talis rō abhorret illud qḋ ſenſui
repugnat· Racō vͦo ſuꝑior illa que ẜm ꝑtem ſenſitiuā odi
bilia ſūt ſi tamē referant̄ ad finē bonū ·talia acceptat ut bo=
na· ſicut patꝫ de pocione amara que licꝫ ẜm ſenſū horrida eſt
et odioſa· Cū aūt refert̄ ad ſanitatē cōſequēdam ē ẜm racōꝫ
valde accepta· vnde xp̄s diſpoſicōeꝫ ſenſitiue ꝑtis circa immi
nentē paſſionem oñdens triſticiā ſuā de paſſione declarauit·
quā quidē paſſionē ẜm racōeꝫ ſuꝑiorē ſemꝑ acceptauit· Sili
modo dicendū eſt de iob ꝙ licet flagella ſua et afflictiones li=
benter ſuſtinebat reddens ꝓ eis deo gracias· vnde poſtq̄ꝫ ei oīa
aduſa aduenerūt dicit· dñs dedit dñs abſtulit ſit nomē dñi
benedictū Nichilominꝰ tū ẜm diſpōnem ſenſitiue ꝑtis quā
racio inferior ſequit̄ valde dolebat ⁊ anxiebat̄ de huiōi aduſi
tatibus ad quā diſpōneꝫ oñdendam dicebat· periat dies ⁊c̄·
oñdendo ꝙ ẜm huiōi diſpōnem vita ſua erat odibilis et one
roſa· vnde vͦba iob in hoc loco nō ſūt intelligēda tanq̄ꝫ vͦba
impaciencis ſꝫ tanq̄ꝫ hoīs paſſioēs ſuas ſenſitiuas exꝓmētis
et ẜm eas de ſe loquentis· Sicut eciā et Jeremias qui ſancti=
ficatus in vtero legit̄ fuiſſe iere· ꝓmo· nichilominꝰ tū ſuꝑue
mentibꝫ ſibi tribl'acōibꝫ ſeu ꝑſecucōibꝫ magnis maledixit
nō ſolum diei natiuitatis ſꝫ eciā viro denūcianti pr̄i ſuo na=
tiuitatē ſuā iere·xx· ut oñdat ſe eſſe ī tātis miſeriis ꝙ vita
ſua ẜm inferiorē racōem quā hoīes utplurimū ſequunt̄ odi
bilis erat et oneroſa ¶ Diſcipulus ¶ De xp̄o triſticiā oſten
dente īminēte tꝑe paſſioīs nemo racōnabilit̄ dubitare poſſꝫ
qn̄ hoc eſſet ẜm ſenſitiuā ꝑtem hūanā· quā ad oñdendā hūa=
nitatis veritatē fari oportebat· xp̄s tū magna ſigna oñdit
in quibꝫ maīfeſtabat̄ ꝙ xp̄s paſſionē ſuā acceptabat ut cum
eam futuram ſepiſſime ſuis diſcipulis ꝑdixit et crucifigen=
tibus occurrit et diſcipl'm increpauit dicēs· Calicē quē dedit
michi pr̄ nō vis ut bibā illū Joh·xviij ·iere· eciā ut oſten=
deret ꝙ vͦba illa ī quibꝫ maledicebat virū qui ſuā natiuita=
tem denūciauit nō ẜm racōeꝫ ſuꝑiorē dicebant̄· eiſdeꝫ verbis
immediate ante ꝓmiſit Cantate dño laudate dñm quia libe
rauit aīam pauꝑis de manu malorū· In quibꝫ vͦbis ſatis

oñdebat ꝙ ad laudem ⁊ honoꝛē dei adu̾ſitates ſuas cū cantu
et gaudio offerebat · qđ intelligendū eſt ƀm racōem ſupioꝛem
ſed de job qui ſimpliciť maledicebat natiuitatem et vitā et
huiōi ſcire vellem ſi ex dictis ſuis ſeu ex hiſtoꝛia ꝓpria oñdi
poſſet ꝙ hec nō ƀm ſupioꝛem rōnez ab eo dicebanť · Mḡr ·
Q auť job tribulacōes ſeu plagas ſuas ƀm cōſideracionez
ſupioꝛis ꝑtis aīe que racōnez ſequiť paciencť ſuſtinuiſſet ſatis
habeť ex ſuis dictis · nam poſt omīa adu̾ſa que ei aduenerūt
vxoꝛi eum ſubūtere volenti dixit · Si bona ſuſcepim⁹ de ma
nu dñi · mala auť cur nō ſuſtineam⁹ · Ex quo patꝫ ƀm ipm
ꝙ equanimiter ſuſcipienda ſūt huiōi bona ⁊ mala que a deo
danť ſeu infliguntť · vnde oībus adu̾ſitatib⁹ ſuſceptis in bene
dictionē dei oīa terminauit dicens · Sit nomē dñi benedictū
et ideo tanq̄ꝫ diſpoſicōez inferioꝛis rōnis ſue ſenſitiuā ꝑtem
ſequentis ut expͤſſiſſet notanť ꝑmittiť i lr̄a · poſt hec aperuit
job os ſuū et maledixit diei ſue · q · d · poſtq̄ꝫ job ex plagis et
anxietatib⁹ ſibi illatis deū benedixit · qđ intelligendū eſt ƀm
ſupioꝛē rōnem poſtea maledixit diei ⁊c̄ · ad oñdendū inferi-
oꝛis racōnis diſpōem · vnde ex ꝑma benedictione · ſ · dei et ſe-
quenti maledictione natiuitatis et cōcepcōnis ſatis habetur
diſtinctio ſupͣdicta Item ex hiſtoꝛia job in huiōi temptacōe
ſatis innuiť ꝓpoſitū · nam ut ait mḡr in ſcđo · di · iiij · talis
nūc in homīe temptacōnis oꝛdo eſt et ꝓgreſſus qualis tūc in
ꝑmis ꝑceſſit parētib⁹ vt eñ tūc ſerpens mulieri malū ſuaſit
ipaq̄ꝫ cōſenſit · deinde viro ſuo dedit et cōſūmatū ē pcc̄m · ita
et nūc in nobis ꝓ ſerpente eſt ſenſualitatis motus anime · ꝓ
muliere inferioꝛ poꝛcio racōis · ꝓ viro ſupioꝛ poꝛcio rōnis · hec
ille · Attēde igiť diligenť ꝙ i temptacōe ꝑntū i quo ē pcc̄m
cōſummatū per ſerpentē mulier · et ꝑ mlr̄ē vir ꝓlapſi ſunt
et ſic pcc̄m ꝑfecte conſūmatū eſt ꝑ lapſum viri qui ſupioꝛem
racōem deſignat · nō ſic in temptacōe ipius job · In tempta-
cōe eñ job mlr̄ ꝑſuaſa fuit a ſerpēte ſeu ſathana temptāte
intm̄ ꝙ viro dixit ipm intendens a rectitudine declinare ad
huc retines innocenciā tuā ⁊c̄ · job · ij · c · Sed vir mlr̄erem ex
ꝓbꝛauit dicens ei q̄ſi vna de ſtultis mlr̄erib⁹ locuta es Si bo
na ſuſcepim⁹ ⁊c̄ · De qua hiſtoꝛia temptacōis job ad hiſto-
riam ꝑntū compata ſatis patet ꝙ in temptacōne ipius job
vir · ſ · rō nō cōſenſit i pcc̄o licet mlr̄ier ꝑ quā inferioꝛ rō itel
ligiť cōſēſiſſꝫ Quē q̄dē mlr̄eris cōſenſū job ſua ꝑma ꝓpoſicōe

exp̄mere volens dicit · periat dies ꝛc̄ · qd̄ exponendū eſt de mo
tu inferioris ꝑtis racōnis ut ſup̄ dictū eſt · non aūt ſuꝑioris
Et circa hoc ꝯſidera ꝙ licz deus omīa que erant ipi⁹ job p̄ter
aīam dedit in manu ipi⁹ ſathane ut patz in · ij · capl'o ꝑ quā
poteſtatē ꝑmiſſiuā ad omīa ipius job deſtruenda ſathan ꝓ-
ceſſit uſqz ad filios et filias et etiā corpus ꝓpriū ut in hiſto-
ria patz · nō tn̄ ſathan nocuiſſe ml'ieri legit̄ · retinuit eīn eam
illeſam ut eſſet inſtrumentū ad ſeducendū virū ſuū · ſ · job
qd̄ quidē inſtrumentū expertus fuerat fuiſſe ſufficiēs in ſubuer-
ſione ade ut patet Gen · iij · capl'o · Sed in hac temptacōe job
ſathan hoc nō potuit obtinere etiā per p̄dictū inſtrm̄ · ſ · ꝑ mu
lierem eo ꝙ racō ſuꝑior que ꝑ virū deſignat̄ · ſemꝑ remanſit
illeſa et ſic p̄dicta expoſicō nō ſolum ex v̇bis job ſed etiam
ex ip̄o intellectu hiſtorie cōfirmat̄

Capl'm · viij · In quo ponit̄ quedā obiectio cont̄ ea que di
cta ſūt in p̄cedenti capl'o et ibidē ſoluit̄ Diſcipulus

D p̄dicta v̇ba job
in maledictione diei natiuitatis et huiōi ſolū intel
ligunt̄ ꝓut tu exponis · ſ · ꝙ fuerūt dicta tm̄ ſm in-
ferioris ꝑtis racōem · nō aūt ſm ſuꝑiorē · incōueniēs videtur
ꝙ amici job cū eſſent prudentes ꝛ viri l'rati contradixiſſent
ipi tali modo loquenti · debuiſſent eīn ſcire p̄iſſiones afflicti-
uas triſtabiles eſſe ſimpliciter ſm ſenſitiuā ꝑtem · vnde ſm
hoc tota diſputacō cont̄ job videt̄ ꝓcedere in equiuoco · Ni
amici job nitunt̄ oīdere ꝙ ipe ex impaciētia tanqz loquens
ex erronea rōne blaſphemiā incurriſſet qd̄ tn̄ job ſm te loq-
bat̄ ex ſolo motu inferioris rōnis Magiſter Expoſicō
mea ſup̄dicta ē ſancti thome ſuꝑ job cont̄ quā mḡr nicola⁹
in poſtilla arguit opponēdo p̄dictā tuā obiectionē · que quidē
obiectio ſi bene cōſideras nō videt̄ valere · Nam job et amici
eius p̄ncipalit̄ diſputabant circa hoc ꝙ job credebat ſeu dice-
bat ſe eſſe flagellatū ſine culpa · amici vero quia eſtimabant
falſe ꝙ nulla alia vita eſſet niſi p̄ńs · Conſequent̄ habebāt
aſſerere ꝙ nullus patit̄ penā in hac vita niſi ꝓpter pcc̄m ꝓ-
priū · vnde oportebat eos dicē ꝙ ipe job erat flagellat⁹ in pe-
nam ſui et ſuorū · vt patet ex toto ꝓceſſu hui⁹ diſputacōis ·
vnde eoꝝ diſputatio non erat in eq̄uoco vt obiectio tua po-
nit que eſt poſtillatoris · ſꝫ de directo huiōi diſputantes ſibi
inuicem cōtradicebant · diſputabant eīn ſub hoc titulo q̄onis

ſ· vtrū job fuerit iuſtus tp̱e ſue flagellationis· an non· In
qua queſtione job tenebat ꝑtem affirmatiuā ·adūſarij vero
negatiuā vtrū aūt job exp̄mens vitā ſuā eſſe odibilem ſm
partem ſenſitiuā ꝓut mea expoſicō que ſancti thome eſt po:
nit an eſſent dicta ſm ſup̱iorē racōem hoc nō eſt de pn̄cipali
materia queſtionis· vnde nec de hoc amici curabant ſed ſolū
de impugnando iuſticiā ip̄ius job Diſcipulus Indica
michi vnde habebāt amici job ꝙ ip̄e credebat ſeu eſtimabat
ſe eſſe iuſtū ut hoc intenderent pn̄cipalit̄ impugnare ꝓut tu
dicis· Non em̄ video job hoc dixiſſe ſeu aſſeruiſſe anteq̄ʒ eli
phas qui p̄mus fuit inter impugnātes loqueret̄· vnde videt̄
ꝙ titulus opionis pn̄cipalis hui⁹ diſputacōis nō fuerit ćca
iuſticiam ipi⁹ job ꝓut tu dicis Magiſter Qꝛ job credēt
ſeip̄m ſine culpa fuiſſe flagellatū potuerūt amici ſui ꝑpēdere
tum ex eoꝝ cōuerſacōe cū ip̄o antiqua Iſti em̄ tres viri q̄ ad
conſolandū eū venerāt vnuſquiſq̄ʒ de loco ſuo ut habet̄ job
ſcđo p̄ſumendū eſt ꝙ erant noti ipi job et ſciebant vitam et
cōuerſacōem ſuā· tum quia ex hijs verbis que job dixerat·
Si bona ſuſcepim⁹ de manu dn̄i mala cur nō ſuſtineamus
poteſt intelligi ꝙ ſicut bona frequent̄ dant̄ a deo ſine meritis
ita et mala penalia dant̄ ab ip̄o deo ſine demeritis an̄ eq̄liter
em̄ dicebat bona et mala a deo dari· tū quia ex hoc ꝙ job tā
ardent̄ ꝓcedebat in maledictōem ſue natiuitatis ⁊ huiōi· ra
cionabilit̄ p̄ſumebat̄ ꝙ job credebat ſe eē flagellatū ſine cul:
pa· qui em̄ ex culpa ꝓp̄ia punit̄ nō tm̄ ꝓcedit in querulaſas
ꝓclamacōes· tū quia job in p̄ma ſua reſponſione tercio capl'o
dixerat de ſe viro cui⁹ abſcondita eſt via· qđ veriſil'r intelli:
gebant de eo ꝙ ip̄e ſe incedere credebat ꝑ viam iuſticie prout
erat veꝝ et tū cōtingebant illi miſerie magne ſicut impijs
ſepe cōtingūt· et ſic via eius erat eis abſcondita· vnde ex p̄:
dictis amici ꝑpiētes ꝙ job crederet ſeip̄m ſine culpa eſſe fla
gellatū ꝓceſſerūt ad impugnacōnem ſue iuſticie quilibʒ ſm
modū ſuū qđ patʒ ex ꝓceſſu diſputacōis eoꝝ In quo quilibʒ
eoꝝ conat̄ impugnare iuſticiā ſm modū ꝓp̄ium

¶ Capl'm· ix· In quo declarat̄ cōueniēcia amicoꝝ job ī ipi⁹
impugnacōne et diſtinccio eoꝝ int̄ ſe Diſcipulus

Video ꝙ iſti tres cōiter conabant̄ impugnare iuſticiā
ip̄ius job· ſed nō video aliquā diſtinccionē inter im:
pugnacōes eoꝝ ſic ut quilibet teneat ꝓp̄riū modū in

huiôi impugnacône et de hoc peto a te aliquã declaracôem·
Magister Sicut iam tibi dixeram iſti tres de ſecta ſũt ſaduceoꝝ ponenciũ totũ ꝑmiũ iuſtoꝝ et penã impioꝝ in hac vita tantũ· ⁊ ideo oĩs côueniũt ĩ impugnacôe iuſticie ipi⁹ job· erronee eſtimãtes ꝙ nõ poſſit aliter iuſticia dĩna ſaluari quod oportebat eos dicere ſꝫm falſũ ꝓſuppoſitũ ſuũ ſupdictũ In hac tñ impugnacôe quilibꝫ eoꝝ triũ inuenit ꝑmo vnum modũ ad ſaluandũ iuſticiã dĩnam ·quãdo côtingit ꝙ aliquis qui ſꝫm famã côem ẽ iuſt⁹ puniẽ qḋ patꝫ diligenẽ eoꝝ dicta ſcrutanti Eliphas enĩ qui ꝑmo locutus eſt iuſticiã ipius job impugnat imponẽdo ei publicas iniquitates ſeu iniuſticias vnde ĩ ꝑma ipius ꝓpoſicône dicit· recordare obſecro te quis vnq̃ꝫ innocens perijt aut quãdo recti deleti ſũt job· iiij ·c· Ex quo patꝫ ꝙ ſꝫm eum ex quo job ſic affligebaẽ ſequebaẽ ꝙ nõ erat innocẽs et rectus Et infra ipe Eliphas·c·xxij·dicebat ipi job· Nonne ꝓpẽ maliciam tuã et infinitas iniquitates tuas abſtuliſti enĩ pignus fratrũ tuorũ ſine cauſa et nudos ſpoliaſti veſtibus ⁊c̃·vbi mlẗa publica pccã attribuit ei ad crudelitatẽ et auariciã ꝑtinencia· Baldach ṽo iuſticiã job impugnabat nõ ſic ei opponendo publicas malicias ſed occul= tas ſic ꝙ ſꝫm eũ licet oꝑa job exteriora bona apparerent quia tñ occulta nõ rectã ſed ꝑuſam habẽt intencôem Ideo ei cô tingebãt mala· vnde in· viij ·c· baldach imponebat ipi job viciũ ypocriſis dicens ſic· vie hoĩm qui obliuiſcunẽ deum et ſpes ypocrite ꝑibit arguebat enĩ in ipo eſſe ypocriſim ex aduſitatibus ſibi aduenientib⁹ licet exteriora ſua oꝑa fuiſſent bo na· vnde ad ꝓdicta ṽba ſic ꝑmiſit · Nunq̇d vireſcere poteſt cyrpus abſqꝫ hũore ·q·d·ex hoc ꝙ tu nõ vireſcis ſequiẽ ꝙ tu non habes hũoreꝫ intrinſecus· qḋ intelligiẽ de hũore caritatis per quẽ homo ſꝫm veritatem vireſcit in virtutib⁹ ſꝫm enĩ bal dach bona tꝑalia ſunt ꝑmia ṽtutis Et quia hys tꝑalib⁹ bo= nis maĩfeſte carebat job Ideo côcludebat ipm eſſe ypocri= tam Et in hoc Baldach côcordabat cum ſathan· Cũ enĩ dñs dixiſſet ſathan de job ꝙ erat ſimplex et rectus ac timẽs deũ ⁊c̃ · Sathan rñdit nũquid fruſtra timet job deũ ⁊c̃· q̃ſi dicẽt omĩa bona que job facit nõ ꝓcedũt ex recta intencôe ſꝫ ſolũ ut tꝑalia bona ei côſerues · Sophar aũt et ſi nõ attribuebat job aliqua pccã publica nec etiã ypocriſim Impugnabat tñ iuſticiam ipius job ex ꝓfunditate dĩne ſapiencie ſꝫm quã de⁹

mundū gubernat dicēs · vtinā deus loquereť tecū et aperiret
labia ſua tibi · et oſtēderet tibi ſecreta ſapiēcie · et intelligeres
ꝙ mľto minora exigaris ab eo q̄ʒ mereť iniquitas tua · q · d ·
licet ego neſcirē ʒ oſtendere tibi pcc̄a tua publica ſeu occulta
nec eciā forte tu ipē ſcis · nichilominꝰ tn̄ ſi deꝰ loquereť tecū
oſtēderet tibi ſecreta ſapīe ſue et intelligeres ꝙ mľto minora
exigaris ab eo q̄ʒ mereť iniquitas tua · hoc eſt dicere ꝙ te pu:
nit citra cōdignum ✓ Diſcipulus ✓ hec diſtinctio quā po
nis inter impugnacōes quas amici job conť eum oppoſueřt
licet ſit racōnabilis et ī dictis eoꝝ fundata nō tamē ſic videť
ꝑciſa ꝙ impugnacō vniꝰ non tangať per aliū · ypocriſim em̄
quā baldach impoīt ipi job · eciā eliphas ſiľr impoīt qui in ·
xv · c · dicebat job · cōgregacio ypocrite ſterilis · vbi notat eū
de ypocriſi · Cauſam eius ſterilitatis ſeu ꝑdicōis ſuoꝝ bonoꝝ
ypocriſi attribuebat · Sophar eciā ipi job dicebat capľo · xx
hoc ſcio a pn̄cipio ex quo poſitus eſt homo ſuꝑ terrā · ꝙ laus
impioꝝ breuis ſit et gaudiū ypocrite ad inſtar pūcti · ex quo
patʒ ꝙ ipi imponebāt job pcc̄m ypocriſis ſc̄m qđ dicebat pro
ſperitates ſuas fuiſſe momentaneas ſeu cito tranſituras · ex
quibus et alijs que in dictis amicorū job pn̄t inueniri · videť
haberi ꝙ diſtinctio tua non ſit ꝑciſa ut ꝑdictū eſt Magiſter
¶ Concedo tibi ꝙ diſtinctio mea ſuꝑdicta de impugnacōibꝫ
amicoꝝ job conť eum non eſt ſic ꝑciſa ut vnuſquiſqʒ ſocioꝝ
ponat impugnacōeʒ ſuam tm̄ · et nunq̄ʒ tangat impugnacō
nem alterius · Sed conſideranda eſt predicta diſtinctio ſic ut
vnus ſocioꝝ quandā ꝑmo inuenit impugnacōnem ⁊ deinde
alij illam eandem inter ſua qn̄qʒ repetant utputa ꝙ eliphas
ꝑmo impugnauit job de publica iniuſticia ⁊ impietate · nō
aūt de ypocriſi · Siľiter ⁊ Baldach ꝑmo impugnauit eum de
ypocriſi non aūt de publica iniuſticia · Conſequenť Sophar
ꝑmo impugnauit eū per inſcrutabilitatē diuine ſapiencie ſc̄m
quā credendū eſſet ꝙ minꝰ puniebať a deo q̄ʒ pcc̄a ſua exige:
rent · Sed ex hoc non cōcludiť qn̄ quilibʒ eoꝝ obiectionē alte
rius in ſuis dictis interponeret qn̄qʒ tanq̄ʒ verā ſicut cū in di:
ſputacōnibꝫ cōtingit ꝙ opponentes diuiſis vijs impugnant
reſpondentē · et tn̄ ipi inuicem in oībus impugnacōibꝫ con:
cordant ꝑſertim in hoc libro in quo nō ſolū poetice ſʒ eciā me:
trice ut dictū eſt ꝓcediť · et ſic vna ſentēcia plures repetitur
et ſepe replicať tam ꝓpria q̄ʒ aliena · vnde ſi ſcrutatus fueris

verba job in vltimo ſue reſponſionis loco .ſ. caplo .xxvij. et
in ſequenti .ſ. xxviij. maifeſte repies ꝙ ad tres impugnacō-
nes ꝑdictas dirigit defenſionē ſuā. In eodem eñ caplo ꝑdi-
ctis impugnacōib9 ꝑ ordinem contdicit. vnde poſtq̃ꝫ oīs ſic
falſificauit dicit. abſit a me ut iuſtos vos eſſe iudicē. Con-
ſequenter contē impugnacōem ꝑmo ꝑ eliphaz inuentā dicit
Juſticiā meā quam cepi tenere nō deſeram ꝛc. Si ſicut im-
pius inimicus meus et aduſari9 meus q̄ſi iniquus Ille eñ
cui9 bona exteriora ſūt iuſta ſicut job. omnes ſui inimici di-
cunē impij tanq̃ꝫ impugnantes publicam iuſticiam. Conſe-
quenter contē impugnacōem baldach dicit q̄ eſt ſpes ypocrite
ꝛc. q.d. non debetis michi imponere viciū ypocriſis. Scit eñ
ꝙ ypocrita nō poteſt habere verā ſpem que ex meritis et grā
habetē. Quod aūt ypocrita nō habeat ex meritis ſpem declarat cū
ſubdit Cum auare rapiat ꝛc. Quod aūt ex gratia hoc nō de-
beat expectare declarat dicens. nūquid clamorē eius exaudiet
deus ꝛc. Et ut job ſuis aduſarijs oñderet ꝙ erat immunis
a ꝑdictis duobus vicijs .ſ. publicis ꝛ occultis que ſibi impo-
nebantē. ſubdit Ecce vos oīs noſtis et quid ſine cauſa vana
loquimini. Nouerant eñ aduſarij quib9 cōuerſacō ſua erat
nota ꝙ nulla peccata exteriora habuiſſet. Siliter nec interi-
ora quia neceſſe eſt ut ꝑ diuturnā cōuerſacōem ad exteriora
opa interiora cognoſcantē ut ſaluator de ypocritis dicit. Ex
operibus eorū cognoſcetis eos Et ideo ſuos aduſarios aduo-
cat in teſtes circa ꝑdicta cū dicit. Ecce vos omnes noſtis. et
quid ſine cauſa vana loquimini. Ad ſcdam vero obiectōem
per quā vitā ſuā impugnabant ex inſcrutabilitate diuine
ſapiencie ſm quā homo debet credere ꝙ deus iuſte punit licet
cauſa punicōnis in actib9 hūanis inueniatē nō ab hominib9
Ad hoc rñdet cōſequenter in ꝑdicto caplo .ſ. in .xxviij. ꝑmo
oſtendendo excellenciā ſapie que intelligenda eſt diuina que in-
compabiliē tranſcendit in ꝑcioſitate oīa ꝑcioſa dicens. Ne-
ſcit homo ꝑcium eius ꝛc. Scdo oſtendit occultacōez eius cum
dicit. abſcondita eſt ab oculis oīm viuenciū. Tercio dicit ꝙ
ſolus deus cognoſcat eam dicens. deus intelligit viā eius. et
ipſe nouit locū illius. Quarto dicit ꝙ deus qui illam ſcit ſeu
cognoſcit viā eius docuit hoiem que ſit illa ſapiēcia ꝓut ad
gubernacōez rerꝫ hūanarꝫ ꝑtinet. et de hoc dicit vidit illam et
enarrauit ꝛc. Et ſequitē Et dixit homini. Ecce timor domini

ipſa eſt ſapiencia et recedere a malo ipa eſt intelligēcia · Ex
quibus colligit̄ ſufficiens reſponſio iob ad terciā obiectōnez
ſupdictam que ex magna pfunditate ſeu ſapiēcia dei in gu
bernacōne hūana pcedebat · Que quidē reſponſio in hoc con⸗
ſiſtit · poſito enī put veꝝ eſt ꝙ diuina ſapiencia excellit cūctas
res in pdiſitate put in pmo pſuppoſito · Scdo poſito ꝙ illa
diuina ſapia ſit abſcondita ab oibus creaturis put in ſcdo
pſuppoito · poſito eciā ꝙ ſolꝰ deus intelligat viā eiꝰ put i tcio
pſuppoſito · poſito eciā ꝙ deus reuelauit homī ꝙ timor dei ipa
eſt ſapiencia · ſ · qntum ad res hūanas gubernandas · Siliter
et recedē a malo ſit itelligēcia · Cōſequent̄ habet̄ ꝙ n̄ obſtāte
inſcrutabilitate ſeu pfunditate diuine ſapientie qntū ad ſe ·
cum hoc tn̄ ꝙ ſciat ꝙ in rebus hūanis gubnandis timor dn̄i
ipa eſt ſapiencia · ⁊ recedere a malo ipa eſt intelligencia put
patet ex diuina reuelacōne per ipm iob allegata · Cum aūt de
iob teſtat̄ ſcriptura ꝙ erat timens deū et recedēs a malo iob
pmo · ſequit̄ vlteriꝰ ꝙ nō obſtante inſcrutabilitate diuine ſa⸗
piencie iob iudicandus erat rectus et ſic nō erat puniēdus
pter demerita ſua · Ex quibꝰ omibus diligent̄ cōſideratis ha
bes opinionez ipius iob que vera eſt et catholica · ſ · ꝙ pmiū
iuſtoꝝ et pene impiorū pncipalit̄ in alia vita conſiſtat nō in
vita pn̄ti · Et ſic non ſequit̄ ꝙ ſi aliquis in hac vita punit̄
ꝙ ſit iniuſtus ſicut ſi aliquis in hac vita pſperat̄ non ex hoc
ſequit̄ ꝙ ſit iuſtus put amici iob falſe opinabant̄ · vnde Ra
bimoyſes qui ſentenciā iob tanqȝ hereticā cōdempnauit p te
in caplo ſupdicto manifeſte ī hoc errauit · Habes eciam ex hoc
opiones amicoꝝ eius qui de ſecta ſaduceoꝝ ut dictū eſt erāt
Vnde ſimul conueniebāt in hoc ꝙ totū pmium iuſtoꝝ ⁊ pena
impioꝝ in pn̄ti vita erat · nō in alia quam non credebāt · ex
quo firmiter eſtimabant cōcludere ꝙ nullus in hac vita pu⸗
niebat̄ niſi pter pria demerita qd eſt falſū ut patz in hiſto⸗
ria ipius iob de quo ſcriptura teſtat̄ ꝙ erat ſimplex ⁊ rectus
⁊c̄ · et tn̄ fuit grauit̄ punitus nullis ſuis demeritis pcedentibꝰ
Ex quo patz error rabimoyſi qui opionem eliphas approba
uit ut patet vbi ſup̄ Qualiter aūt opiones pdictorum triū
diſtingui intelligunt̄ habes ſupra ·

¶ Caplm · x · In quo exponit̄ opinio heliu que fuit erronea et a deo cōdempnata cont̄ hebreos qui aſſerūt ꝙ heliu victoriam obtinuit de iob

Diſcipulus

D Icet ea que dicis circa diſputacōem job et ſociorum
eius tenenda videntꝰ tanq̄z vera · tam̄ adhuc occurrit
michi i eiſdē vnū qd incōſonū ſup̄dictis videtꝰ · video
enī ꝙ heliu cōueīt cū p̄dictis tribus in cōdempnacōe ipiꝰ job
quod patz in multis ipius dictis · et tn̄ heliu videtꝰ victoriā
obtinere de ipo job · qd patz ſaltem ex hoc · nam job ſilenciū
videtꝰ impoſuiſſe tribꝰ ſocijs qui ad vltimas reſpōſiones eius
que a caplo · xxvj · uſqz · xxxj · incluſiue continentꝰ nichil va
luerūt r̄ndere · Ad dicta tn̄ heliu que a caplo · xxxij · vſqz ad
xxxviij · incluſiue cōtinentꝰ · nichil videtꝰ job reſpondiſſe · Ex
quo patz ꝙ heliu deuicit ſeu incluſit ipm job · vnde expoſito-
res hebreoꝝ ut Rabimoyſes et Rabiſalomon et alij cōiter
tenent ꝙ heliu in hac diſputacōne triūphum obtinuit · cum
tamē cum alijs tribus cōueniſſet in ipiꝰ job cōdempnacōne
ut dictū eſt · vnde de hoc volo ut me doceas declarando michi
opionem ipius heliu et eius diſtinctionē ab opinionibꝰ alioꝝ
Magiſter Circa hoc qd petis ſciendū ē ꝙ ſicut tres amici
job ut dictū eſt erant de ſecta ſaduceoꝝ futurā vitā negan
cium · et verū p̄miū iuſtoꝝ et penam impioꝝ in hac vita tm̄
eſſe ponebant · vnde et job in ſua flagellacōe ut impiū con-
dempnabāt credentes ꝙ nullus in hac vita puniatꝰ niſi ſm
ꝓpria pcc̄a ſeu demerita ut ſup̄ largius dictū eſt · Sic tenēdū
eſt ꝙ heliu erat de ſecta phariſeoꝝ qui licz aliam vitam cōcede
bant ut patz Mt · xxij · ſup̄ allegato tn̄ credebāt ꝙ nullus in
hac vita punitꝰ niſi ꝓpter ꝓpria demerita ut Rabimoyſes
qui ꝓprie phariſeus fuit in pte ꝛ caplis allegatis expſſe dicit
Et eſt cōis ſentencia talmudiſtaꝝ · falſitas tam̄ huiꝰ creduli-
tatis manifeſte patz ex ipa hiſtoria job que teſtatur ꝙ job
nichil mali demeruit ut ſic puniretꝰ · ſed ſolū hoc euenit ei ꝑ
modum temptacōis ut ipa lr̄a manifeſtat in p̄mis duobꝰ
caplis · Qd aūt heliu aliā vitam crederet · habetꝰ ex dictis ſuis
caplo · xxxiij · ubi dicit · vt reuocet aīas eoꝝ a corrupcōne · ſ ·
animas penitenciū de quibus ibi loquitꝰ · ꝛ ſubdit et illuminet
in luce viuenciū · qd ad lr̄az intelligitꝰ de vita futura · Qꝫ aūt
heliu crederet nullum in hac vita puniri niſi ꝓpter ꝓpa pcc̄a
ſatis patz ex hoc ꝙ ipe cōdempnauit job ſicut et alij ſocij · et
adhuc acrius ꝓpter demerita que ſibi imponebat · Et notan
dum ꝙ licet opinio heliu q̄ntum ad aliquid magis cōtinet ve
ritatē · inq̄ntū aliā vitā concedit · tam̄ eſt magis incōſona

ſibi ipſi iniquum dicit q nullus in hac vita punit̃ ſine ꝓpo
peccato· Cum enĩ punicões et pmia hui⁹ vite momẽtanee
ſunt reſpectu eoꝝ que ſũt in futura· manifeſtum eſt q licꝫ iu-
ſti in hac vita puniant̃ et mali ꝓſperent̃ q iſta põt cõpen-
ſari ad plenũ in alia vita que eſt in ꝑpetuũ duratura· vnde
credentes pmia et punicões in futuro ſeculo nõ debent con
dempnare pacientes tribulacões in hac vita· dicit̃ enĩ eccl'·
ix·c· vniuſa eque eueniũt iuſto et impio· qđ intelligit̃ ad lr̃aꝫ
de adũſitatib⁊ ⁊ ꝓſperitatib⁊ hui⁹ vite· Et ideo de heliu ꝓprie
intelliguntur verba dei dicentis· quis eſt iſte inuoluens ſenten
cias ſermonibus imperitis iob· xxxv·c· Inuoluit enĩ heliu
ſniãs· ſentenciã iniquã ipius iob aſſerentes in alia vita eſſe
vera pmia et punicões inuoluebat eciã ſentenciã adũſari-
orum ipm iob cõdempnanciũ· que quidẽ ſentencie nõ conſo-
nant adinuicem ut dictũ eſt· Qđ aũt dicis de expoſitorib⁊ he
breoꝝ aſſerentibus q heliu obtinuit victoriã in huiõi diſcep
tacõne· verũ eſt ⁊ rõni conſonum· Nam expoſitores hebreoꝝ
ꝓprie ſũt phariſei ſicut ⁊ heliu ut dictũ eſt Sed aſſercio eoꝝ in
verificando opionẽ heliu eſt falſa· ſicut eciã falſe cõdempna-
uerũt iob de hereſi ut iam ſup̃ dictũ eſt· Nec ex hoc q iob nõ
reſpondit heliu et tñ rñdit aliis tribus· ſumi debet argumẽ-
tum ad hoc q iob fuit cõcluſus ab ipo heliu· poteſt enĩ ad hoc
triplex racõ aſſignari· Prima eſt q ſi ſcrutatus fueris dcta
heliu manifeſte reperies q fuit locutus ex arrogancia inten
dendo pncipalit̃ vilipenſionẽ ipius iob · dicebat enĩ illi· tace
et docebo te ſapienciam iob xxxiii· Et infra· xxxiiii· dicebat
iob · Stulte locutus es et ſic in aliis locis· qua racione iob
ipi heliu noluit rñdere· ſequens ſapientis conſiliũ ꝓu· xxvi·
ne reſpondeas ſtulto ſcdm ſuã ſtulticiã ne efficiaris ei ſil'is· aliis
vero ſociis qui nõ ſic ex arrogancia videbant̃ loqui iob reſpõ
dit ut ipoꝝ error pateſieret ſequendo cõſilium ſapientis pre-
dicto capl'o Reſponde ſtulto iuxta ſtulticiã ſuam ne ſibi ſa
piens videat̃· Scđa racõ eſt· nam heliu intm̃ elatus eſt ꝑ ſu-
perbiam q correctionem iob nõ deſiderabat· ſed eius maiorẽ
ruinam appetebat · vnde in xxxiiii ·c· ſupdicto dicebat heliu
ipi deo· pater mi ꝓbetur iob vſqꝫ in finem In quib⁊ verbis
ꝓut cõiter exponunt̃ heliu petebat a deo q nõ deſiſteret a fla-
gellacõne ipius iob in pñti vita et eciã q in alia vita duce-
retur ad eternã cõdempnacõem qđ eſt valde inhũanum et ex

magna elacōne ꝓcedens · vnde glō · hic dicit q̄ aſperitas ſupbie uſqꝫ ad maledicendū ſe extēdit · heliu contꝰ job deprecatur deum · et ideo talia loquenti nō videtur dignum reſpondere · Tercia racō eſt Nam verba heliu non ſolū ex arrogancia ſꝫ eciā ex ira ꝓceſſerūt · Ex ira enī heliu pricipalitꝰ fuit ꝓuocatꝰ ad loquendum vt in · c · xxxij · expꝛeſſe dicitꝰ Et ideo laudabilitꝰ job abſtinuit a reſponſione ipſius heliu · intendens ire locum dare · iuxꝰ illud eccľ · viij · ne litiges cū homine linguato et ne ſtruas in igne eius ligna · Diſcipulus Video q̄ de hoc heliu ꝓꝑe pōt intelligi verba per te ſupꝰ allegata · quis eſt iſte inuoluens ſentencias ꝓut tu exponis · ſed adhuc vellem doceri de hoc qđ ſequitꝰ ſermonibꝰ imperitis · Intelligere igitur vellem qui fuerūt ſermones imperiti intꝰ dicta heliu de quibꝰ iſta verba poſſent verificari Magiſter Inter verba heliu ſermoēs impiti repiuntꝰ · dixit enī heliu in · c · xxxiij · Omnia hec opatur deus tribus vicibꝰ ꝑ ſingulos · qui eſt ſermo manifeſte imperitus · Exponitꝰ enī ab hebreis cōiter q̄ tribus vicibus tm̄ recipit deus peccatores ad pniam · ſed non amplius Nam ſi qꝛto recidiuat nō recipitꝰ ſed reſeruatꝰ ad gehennam qđ eſt falſum ſm̄ communē ſniam ſanctoꝝ · et ſm̄ hiſtorias veteris teſtamēti · peccauit enī dauid pꝛimo ī adulterio Berſabee Scđo in homicidio vrie · tercio in fractione iuramēti facti jonathe · qꝛto in numeracōne ꝓplī · et ſm̄ quoſdam peccauit in mortem ſacerdotū nobe · et tn̄ dauid cōnuatur intꝰ ſanctos vnde ſeruus dei poſt mortem ī mľtis locis ſacre ſcripture vocatur · vnde neceſſe eſt dicere q̄ penituit de omnibus · Et ſic pꝛedicta verba heliu ſm̄ expoſicōnē ſupꝛadictam hebreoꝝ que eſt inter eos communioꝛ ſūt falſa · fuerunt eciam aliqui eoꝝ ut Rabi moyſes Gerundenſ · qui pꝛedicta verba expoſuerūt de reuolucōne alꝰ reuocacōne animaꝝ aſſerentes q̄ aīa viriꝰ hoīs poſt eius ſeꝑacōem a corꝑe iteꝝ informat corpus alterius hominis · Et hoc dicūt ter fieri · qđ eſt imperite dictū · nō ſolum ſcđm veritatem fidei · ſed eciā ſm̄ naturalem rōnem ut patet intuenti Et licet pꝛedicta vba ab expoſitoribꝰ noſtris intelligantꝰ ad īſinuandū q̄ deꝰ mouet pccōres ad pniā totiēs quociens iudicauerit expedire · vtendo nūo trino determinato ꝓ numero indeterminato · hoc tn̄ nō ſonāt verba eius · Et ideo magis ſenciendū eſt expoſitores hebreoꝝ non erraſſe intelligendo illa ſm̄ expoſicōem hebreorum qui de ſecta phariſaica erant

ſicut ipe heliu ut dictum eſt q̄ȝ ſm interptacōnem nroꝝ qui
verba ſua voluerūt reducere ad verū intellectū. Item impe:
rite fuit locutus in cōdempnacōne ipiꝰ iob aſſerens ꝙ nullꝰ
in hac vita flagellatꝰ niſi ꝓpter ꝓpriā culpā · quod ē erronee
dictum ut ſup̄ dictū eſt · vnde heliu tam ex dictis ſuis princi
palibus q̄ȝ ex circūſtancijs eoꝝ · phariſeus iudicandꝰ eſt ·

¶ Caplm · xi · In quo oñdiꝰ ꝙ ſicut tres amici iob erāt de ſec
ta ſaduceoꝝ ſic et heliu erat de ſecta phariſeoꝝ q̄bꝫ aſſimilatꝰ
tam i ſuis opionibꝫ erroneis q̄ȝ in cōdicōibꝫ ſuis Diſcipls

Ex mltis poſſet haberi ꝙ ſicut tres amici iob erant de
ſecta ſaduceoꝝ ut dictū eſt · Sic heliu erat phariſeꝰ
tam in ſuis opionibꝫ q̄ȝ in cōdicionibꝫ eius · De opi:
nionibꝫ enī patꝫ ꝑ ſermōes imperitos de quibꝫ ſtatim ſupra
dictū eſt · De condicōibꝫ patꝫ ex hoc · Nam nec iob nec tres
amici ſui leguntꝰ genealogizari in hoc libro · ſed tam ipe q̄ȝ illi
ſolum a regionibꝫ ſuis cognominantꝰ · vnde iob de terra hus
Eliphas themanites Baldach Suites Sophar naamites · he
liu vero nō ſolum cognoīatur a regione cū dicitꝰ Buſites · ſȝ
eciā imponitꝰ ibi nomē pr̄is cū dī heliu filiꝰ barachiel Silr ꝛ
nomē cognacōis cū dī de ↄgnacōe ram qđ interptatꝰ altū In
quo heliu aſſimilatꝰ phariſeis qui gloriabantꝰ de bonitate pa
rentū ſuoꝝ quibꝫ dicebatꝰ Mt · iij · c · Ne velitis intꝰ vos dicē
pr̄em habemus abraham Item phariſei cōſueuerūt intantū
iactare ſe ꝙ ceteros ſpernebāt vt patꝫ luce · xviij · c · de para
bola xp̄i · In qua dicitꝰ · Duo homīes aſcenderūt in templū ut
orarent · vnus phariſeus et alter publicanꝰ ꝛc · quā arrogan
ciam · ſ · phariſaicā heliu ſecutꝰ eſt qui tam iob q̄ȝ eius aduiſa
rios ſpernebat ut patꝫ ex dictis ſuis · c · xxxij · et infra · Item
heliu fuit motus ex paſſione ire ut patꝫ cū dī · c · xxiiij · Ira:
tus eſt furor heliu in iob Et infra et in tres amicos iratꝰ eſt
ꝛc · Sup qđ verbū glō · vane enī glorie ſectatores cū ſe hoībꝫ
p̄ferūt · alios de futuris ſenſibus · alios de indignis meritis
rep̄hendūt · hec in glō · heliu aūt iob de fatuitate et blaſphe:
mia et ſocios de ignorācia rep̄hendit · Et ſic maīfeſte incidit
in errore phariſaico qui deo dicebat · Gracias ago tibi dñe qꝛ
nō ſum ſicut ceteri hoīm luce ubi ſup̄ · Item heliu aſſimilatꝰ
phariſeis in hoc ꝙ nō correctōem iob deſiderabat · ſȝ pociꝰ ꝑ eiꝰ
ruina deū imp̄cabatꝰ · dicebat enī heliu · pater mi ꝓbetur iob
vſq̄ȝ ad finem xxxiiij · c · In quibꝫ v̇bis petebat heliu a deo ꝙ

non deſiſteret a flagellacōne ipſius job in pn̄ti vita ⁊ eciam
in alia uſq; ad eternam cōdempnacōem ut dictū eſt qd ad ma
gnam et crudelem ſupbiā ꝑtinebat ut ī glō ſup̄ allegata In
quo helíu aſſimilat̄ phariſeis qui in ſuis orōnibꝰ et codicibꝰ
alijs · nūq̄ȝ erant ꝓ eoꝝ cōuerſione gentilitatis ſȝ ꝓ eoꝝ finali
deſtructione Ex quibꝰ iam dictis habet̄ ꝙ opio eoꝝ qui dixert
ꝙ liber job fuit a moyſe ſcriptus eſt veriſilis · nam ſup pen:
tateucon quē moyſes ſcripſit tres diuiſe ſnīe inſurrexerunt·
Prima · ſ · fideliū aliā vitaȝ cōcedenciū in qua vera ſūt p̄mia
et punicōes et in hac vita ꝓſpera et adūſa iuſtis et iniuſtis
eque cōtingerent · et hec fuit ſnīa ipiꝰ job · alia vo fuit ſentē:
cia ſaduceoꝝ qui nullā vitā niſi pn̄tem concedebāt ⁊ ꝓſpera
et adūſa huiꝰ vite iuxta merita et demerita hoīm eſſe aſſere:
bant · Tercia vero ſentencia phariſeorū qui duas ſup̄dictas
inuoluebant ut ſup̄ dictū eſt

¶ Caplm · xij · In quo oñ dit̄ quid reſponſionibꝰ diuinis ſu
peraddi intelligit̄ · qd ad queſtionem ꝑpoſitam per job ꝑtinē
videatur · Diſcipulus

Cum job verā ſnīam tenuit in p̄dictis ꝓut tu aſſeris
et eciā v̄ba dei dicta job ap ꝓbantis teſtant̄ · cū dicit
non fuiſtis michi locuti rectū ſicut ſeruus meꝰ job
job vlt̄ · c · Reſponſio igit̄ diuina videt̄ eſſe q̄ſi ſupflua ſuffecıſ
ſet enī deū approbaſſe ſuā ſnīam et reꝓbaſſe alias tam triū ſo
cioꝝ q̄ȝ helíu · Hec videt̄ ſufficē qd quidā expoſitores dicūt · ſ ·
